Sol per aspectum fortunatus est: z malus per coniunctionē in vno signo z est masculus diurnus operatur caliditatem z siccitatem: z est significator patrum si fuerit natiuitas in die significat regnuz maximū z animam vitalem z lumen z splendorem z intellectum z pulchritudinem z mundiciam atq; fidem. Et ex etate finem iuuentutis. Et participatur vniuersis planetis in dispositione annozum. Et ex magisterijs regimen z principatum: z significat taculationem taculozum z venationem purgationez cū omni specie purgandi qua cozpora interius z exterius purgantur. Et ex infirmitatibus significat infirmitates calidas z siccas in cozpozibus apparentes. Et ex substantia aurum plurimum z vniuersas species substantie. Et ex qualitate ipsius animi sublimitatem prudentiam z que sequuntur honestatem. scilicet largitatem z gloriam: z prolixitatem mētis. Et ex sectis culturam bonam z eis similia. Et significat imperium vocis z fortitudinem celeritatis. Si complectit ei saturnus significat villicationez z huiusmodi principatum. Si iupiter significat in fide principatum z religionem z etiam iudicem inter homines iudicantem opera oppressozū vel iniuriarum zē. Si mars signat ducatum exercitus z inuestigationem bellozum. Si venus signat regnum per mulieres z per obsequium potentum. Si mercurius signat consultozes regum z opus libzozum z hereditatum z matozum operum. Si luna signat opus legatozum z detectionem consiliozum z huiusmodi similia. Et dixerunt quidā q; sol signat imaginem vultus hominis: z ppte ex viris oculum dextrum: z ex mulieribus oculum sinistrum: z dixerunt quidā q; habet coz z medullā z femora. Et ex infirmitatibus comestionē carnium in oze: z detrimentuz ozis ppte z descensionem aque in oculum: potestas eius in capite. Et dixerunt indi q; cuz fuerit in ascendēte erit comburens z habebit signum in facie. Et habet ex colozibus quicquid videt peregrino coloze: z ex saporibus acrez. Et quātitas ozbis eius est. 15. graduz. Et ex diebus diem habet dominicam: z ex noctibus noctez Jouis anni fridarie eius sunt decez. Et anni eius matozes sunt. 120. maximi sunt. in. 1460. medij. 39. z dimidiuz vel fm quosdaz. 69. z dimidium: minozes vero 19. Fortitudo eius ex plagis circuli est in oriente. Et dixit mesceala q; signa de figuris hoium eum que hz colozem inter croceum z nigrum. i. fuscum tectum cum ruboze breui statute scriptum caluum pulchri cozpozis: z hz ex saporibus acutum. Et dixit Dozotheus q; figura solis z lune est figura planetarum q; fuerint cum eis: z eius que dignioz fuerit in loco eozum. Si ergo velis scire figuram solis scito q; sit crocea habens partem ruboris capillozum oculi eius aliquantulum crocei. Et ex partibus habens partem futurozum. i. parte diuinationis z est significator naturarum z spiritus sapientie eleuationis z perfectionis fidei quoq; scientiarum z laudum. Et ex partibus mundi habet zamarach z cura z ferit z eius terminos z terras romanozum.

Venus fortuna feminina nocturna z est significatrix mulierum z vxorum ac matrum si fuerit natiuitas diurna z operatur frigus z humiditatem temperatam: z ex etate habebit iuuentutem vel adolescentiam: z ex magisterijs instrumenta ludozum oznamenta quoq; z figuras pulchras z ludos alearum z schacozum z saltationes z ocia z fornicationes ac fornicatozes z filios fornicationis z multitudinem coitus: z vniuersa genera luxurie z compositiones cozonarum z; vsus earum: z pulchritudinem ac mundiciam vestimenta etiā z oznamenta. Aurum z argentum z dilectionē ludos risus z gaudiuz z vnguentis diuersisq; speciebus vti potationes z ebrietates: seq; credit omnibus: largitatem quoq; significat: z dilectionē diligentiā amozem iustitiaz z domos oztionis retinet quoq; fidem: z significat magisterium omnium signozū veluti musicaz zē. q; si complectitur ei Saturnus significat sonum cantationū quibus deflentur aliquando mortui: vel quas cantant edificatozes quando edificant edificia. Et si complectitur ei Jupiter significat sonum lectionum vel cantationum quibus vtuntur domini sectarum in altaribus z locis oztionis eozum in laudem dei omnipotentis. Et si Mars signat sonos quibus vtuntur seculares z cantus vulgi in quibus fit mentio blasphemie vel preliozum: vel in quo fit mentio carceris vel laboris z hozum similia: vt cantus in quo fit mentio captionis z alligationis z percussionis flagellorz. Si Sol signat sonuz ligni quo cantatur coraz regibus z nobilibus. Si Mercurius sonum qui exercetur in cōpositione versuuz. Et si luna significat cantus nautaruz in nauibus. z ex infirmitatibus morbos habet frigidos z humidos qui accidunt propte z multotiens in membris genitalibus. Et ex substantia que acquiritur propter pulchritudinem: vt sunt oznamenta mulierum: z vestimenta earum margaritas atq; picturas. Et ex qualitate animi suauitatez z amicitiam z cōmestionem z his similia: z cupiditates potionis z cōmistionis ac coitus. Et ex sectis culturā idolozuz: z eos in quibus maxime exercentur commestiones atq; potationes. Et dixerunt quidam q; significat anchas z spinam dorsi z sperma. Et alij dixerunt q; habet significare pinguedinem z carnes z renes z vuluā matricem ventrē pectinem z vmbilicuz. Et habet ex colozibus albedines: z ex saporibus vnctuosum. Et quantitas ozbis eius. 7. graduz. Et habet ex diebus diem Veneris: z ex noctibus noctez martis. Et anni fridarie eius sunt octo. Et anni eius matozes. 82. maximi. 151. z medij. 45. minozes vero. 8. Fortitudo eius in plagis circuli est in dextra orientis. Et dixit Mesceala q; signat de figuris hominum hominem album trahentem ad nigredinez pulchri cozpozis z capillozum: faciem habentem rotundam: z paruam habentez maxillam pulchros oculos: z eius nigredo oculozum est pluscz; oportet. Et dixit Dozotheus signat hominem pulchram faciem habentem pulchros oculos z multos capillos z plus album confectum ruboze crasum ostendentem beni uolentiam. Et habet ex partibus partem desiderij z significat amicitiā z luduz z dilectionem z patientiam z coniunctiones masculozum. Et habet ex partibus mundi albiget z aliemē z terras arabum.

Mercurius commixtus masculinus diurnus inclinatur per naturam suam ad eum qui complectitur ex planetis z ex signis: z est significator fratrum minozum: z significat seruos z dilectionem concubinarum signat etiam deitatem z oracula prophetarum z crudelitatem z opus z honozem vel oztionem. Qui si in natura sua fuerit z nullus planeta ei complectitur significat res terreas z rerum augmentationem crescendo: z ex etate iuuentutem: z profectum in ea: z ex operibus opera que generant cognitionem predicationem z rhetoricam z negociationes z extimationem z geometriam: z dispositionem rei z philosophiam z auguria z prouerbia z scripturam: z verificandi scientiaz z opus numeri maxime. Cui si complectitur Sa-

turnus significat ex opere numeri opus mensure terrarum ⁊ hereditatum ⁊ numerum edificiorum atq; telarum. Si Jupiter signat numerum psallẽdi ⁊ numerum librorum diuinorum. Si ♂dars significat numerum qui fit in donatiuis exercituum ⁊ pugnantium ⁊ numerum percussionuꝫ flagellorum atq; clauarum. Si Sol signat preesse numero regum ⁊ substantie domorum. Si Venus signat numerum chordarum lignorum seu cytharariarum numerum sonorum atq; fistularum. Si Luna signat numerum ferculorum que fiunt ad commessiones tenerantium extra domum. Et signat de infirmitatibus infirmitates spirituales anime. i. cogitationes horribiles: ⁊ inquietudinem mentis atq; dubitationes ⁊ cetera similia. Significat etiam animi qualitatez ⁊c. similia ꝑm cõplexionem suam ⁊ coniunctionem: cum fuerit fortunatus erunt bonitates ꝑm genus fortune que facit eum fortunatuꝫ: ⁊ ꝑm locum in quo fuerint fortunatus mercurius: ⁊ cum fuerit malus erunt iniquitates ꝑm malum quod eum facit malum: ⁊ ꝑm locuꝫ in quo factus est malus. Et significat ex sectis culturam vnitatis ⁊ horum similia: ⁊ hoc secreto cum hypocrisia ⁊ simulatione. Et dixerunt quidam q; significat femora vmbilicum ⁊ pectinem ⁊ crura neruos atq; venas ⁊ ex coloribus habet omnem colorem commixtum atq; variatum: ⁊ alez meni um qui est color floris lilij agrestis: ⁊ ex saporibus acetosum. Et quantitas orbis eius est. 7. graduum: ⁊ habet ex diebus diẽ mercurij: ⁊ ex noctibus noctez diei dominice. Anni fridarie eius sunt. 13. ⁊ ãni eius maiores. 76. maximi. 460 medij. 48. minores vero. 20. fortitudo eius in plagis circuli est in septentrioe. Et dixerunt quidam mercurius a medio retrogradationis eius vsq; ad stationem secundam significat pueritiam: ⁊ a statione secunda vsq; ad coniunctionẽ solis iuuentutem: ⁊ a coniunctione solis vsq; ad stationem primam mediam etatem: ⁊ a statione sua prima vsq; ad medium retrogradationis significat senectutem ⁊ contrarietatem: ⁊ in coniunctione sua per directionem vsq; ad stationem primã significat dilectionem ⁊ amicitiam ⁊ amoris imitationem: ⁊ ex statione sua secunda ad coniunctionem iens significat inquisitionem dilectionis ⁊ concordiam: ⁊ a statione sua prima iens iterum ad retrogradationem significat inquisitionem contrarietatis ⁊ dissimilationis tarditatem ⁊ verecundiam paruam ⁊ occupationem ⁊ stupozem in redus: ⁊ in medio retrogradationis significat celeritatem temperatam ꝓpter ingenij debilitatem. ⁊ apud stationem secundam significat stupozem ⁊ occupationem ingenij ⁊ tarditatem ⁊ egressus ab hac celeritatem ⁊ apertionem ingeniozum: ⁊ coniunctione sua soli per directionem significat celeritatem ex passionem ingeniorum ⁊ latitudinem vel augmentationem eorum. Similiter Veneri accidit in his locis ⁊ planetis altioribus. Et dixit mesceala mercurius significat ex figuris hominem non multum album neq; nigrum habentem colorem: frontem habentem eleuatam ⁊ longam: in facie longitudinem ⁊ nasum longum: raraz habentem barbam in maxillis ⁊ oculos pulchros non ex toto nigros: longos quoq; habentem digitos. Et ex partibus habet partem negociationis: ⁊ significat timorem ⁊ infestinationem ⁊ bellum ⁊ inimicicias ⁊ seductiones ⁊ contrarietates: ⁊ significat quoq; perfectum magisterium ⁊ subtilitatem in opere ⁊ inquisitione: ⁊ in ceteris que fiunt in hominibus ex actis ⁊ contentionibus. Et ex terris habet adelech alcuidem ⁊ maxime in meridie: ⁊ terras indozum.

Luna fortuna feminina nocturna operatur frigiditatem ⁊ humiditatem: ⁊ est significatrix matrum: si fuerit natiuitas nocturna ⁊ est in ea falsa temperatum ⁊ significat etatez puerilem ⁊ initiũ crescendi. ☾ Et ex operibus habet legationes ⁊ mandata: ⁊ opera aquarum atq; terrarum secundum quantitatem fortunij vel infortunij vel mali q; si fuerit bona significat bonum ⁊ econuerso. Significat etiam principatum si prefuerit vel fuerit domina aliquibus rebus ad regem pertinentibus si fuerit fortunata a sole in bono aspectu ⁊ in bono loco. ☾ Et de substantia significat argumentum ⁊ terre cultum si habuerit auctoritatem in quarta ⁊ ex fide religionem. Et ex infirmitatibus epilensiam paralisim guttam caducam ⁊ vultus torsionem enodationem membrorum ⁊ commotionem: ⁊ quicquid fuerit in similitudine frigoris ⁊ humiditatis. Et qualitatem animi secundum coniunctionem suam cum planetis. ☾ Cui si complectitur fortuna: ⁊ fuerit fortuna ipsa Venus significat curialitatem ⁊ benignitatem: ⁊ animi suauitatem: ⁊ morum honestatem: ⁊ motus celeritatem: ⁊ diuinum obsequium. Si fuerit Jupiter significat honestatez cautelam ⁊ societatem ⁊ benignitatem ⁊ vite pulchritudinem. Et si complexa fuerit malis ⁊ fuerit mars significat studiũ susurrationis inter homines ⁊ vsuz in talibus. Si Saturnus odium simulationem ac inuidiam. Si fuerit sol ab aspectu laudabili significat dispositionem regalem. Et si fuerit ☿ mercurius significat rhetoricam id est facundiam ⁊ bonitatem lingue ⁊ scripturam. Et dixerunt quidam q; significat cogitationem ⁊ nouitatez animi ⁊ debilitatẽ sensus ⁊ grauitatem lingue: ⁊ mulieres honestas: ⁊ nutritiones paruulorꝫ ⁊ matres ⁊ materteras. ⁊ preparationes ciborum. Et dixerunt alii q; significat cerebruꝫ proprie ⁊ pulmonem. ☾ Et ex coloribus habet croceum: ⁊ ex saporibus salsum. Et quantitas orbis eius est. 12. graduum. ☾ Et significat ex viris oculum sinistrum: ⁊ ex mulieribus dextrum. Et ex diebus habet diem lune: ⁊ ex noctibus noctem veneris. Anni fridarie eius sunt nouem. maiores autez. 108. maximi. 520. ⁊ medij 66. ⁊ dimidium: ⁊ secundum quosdam. 39. ⁊ dimidium: ⁊ minores vero vigesimo quinto. Et fortitudo eius ex plagis circuli in dextra occidentis. Et dixit ♂esseala q; significat de figuris hominum hominem album confectum rubore iunctis superciliis: benivolum habentem oculos non ex toto nigros. faciem rotundam pulchram staturam: ⁊ in facie eius signum. Et exterrijs habet arcoch ⁊ timanaz ⁊ aldeilam. Et quidam dixerunt q; significat pueritiam ab initio mensis vsq; ad. 7. dies: ⁊ a. 7. diebus vsq; ad. 14. dies iuuentutem: ⁊ significat etatem perfectionis. i. medie etatis vsq; ad. 21. dies ⁊ noctes: ⁊ senectutem vsq; ad coniunctionem: id est vsq; in fienem mensis quando coniungitur soli. Et cum fuerit subradijs Solis significat secreta ⁊ res occultas: ⁊ similiter omnis planeta: ⁊ in initio mensis quando crescit significat omne qõ faciendum est: ⁊ in implectione sua quod destruendum est: quia decrescit: ⁊ in initio mensis ipsa ⁊ Sol significat accusatores: ⁊ in fine mensis accusatos: ⁊ sperfiones. ⁊ significat in oppositione cõtrarietatem. ⁊ in initio mutationis ad oppositionem idest cum fuerint inter eam ⁊ oppositionem. 15. gradus sigñ initiuꝫ contrarietatis ⁊ eius causam: ⁊ cum separata fuerit ab oppositione significat causas exceptiõis a ꝓtrarietate: ⁊ in exitu suo de subradijs Solis significat exitum ab occultatione ⁊ his filia: ⁊ in introitu sub radijs sigñ aptationez ad oc

cultandum:z hora diuisionis a Sole significat aptationem exitus sui ab occultatione:z hora exitus sui de subradijs significat apparitionem z aduentum ab absentia z dum fuerit in quarto aspectu Solis significat diminutionē rei seu descensionem ab alto in infimum. Similiter in quarto aspectu secundo sed in quarto aspectu primo significat apparitionem rerum z lucrum z augmentum cōtinentie:z in quarto aspectu Solis secundo significat horum opposita. Et dixerunt quidam q Luna in coniunctione quidem vsq; ad dimidium luminis sui primum erit natura eius humida z medietate luminis sui vsq; ad impletionem erit natura eius calor:z ab impletione vsq; ad dimidium sui luminis secundum erit natura eius siccitas:z a dimidio luminis sui secundi vsq; ad coniunctionem erit natura eius frigus. Reliqui vero planete ab ortu suo vsq; ad stationem suam primam in natura humiditatis erunt z significant pueritiam: z a statione sua prima vsq; ad oppositionem solis erit natura eorum calor:z significat iuuentutem:z ab hoc loco vsq; ad stationem secundam erit natura eorum siccitas:z significat perfectam etatem:z a statione sua secunda vsq; ad occultationem suam primam erit natura eorum frigus:z significat senectutem frigidam. Et dixerunt quidam q sol significat spiritum. ideſt animam vitalez. Luna cogitationem z sensum. Saturnus merorem z tristiciam vilitatem malum. Jupiter sapientiam z rationem. Mars iram furiaz z celeritatem. Venus ludum z gaudium. Mercurius rationalitatem seu dialecticam z disciplinam. Et quia diximus in hoc capitulo de significatione planetarum dum complectuntur alteri planete. Similiter etiam est considerandum in ceteris rebus que significant planete.

DE ordine vero planetarum seu principatu eorum in conceptione puerorum:z q̄diu fuerint in ventre matris. Sciendum est q primus mensis ab hora:scilicet conceptionis est Saturni. Secundus Jouis. Tertius Martis. Quartus Solis. Quintus Veneris Sextus Mercurij. Septimus Lune. Octauus Saturni:z ideo non viuit qui nascitur in octauo mense: eo q sub potestate Saturni nascitur:z nonus Jouis Principatus quoq; siue ordinatio planetaruz in vita humana. i. qualiter disponant vitam nati ita dicitur. Luna incipit ab ingressu nati ideſt a natiuitate pueri:z disponit secūduz quantitatem annorum nutritiuorum qui sunt quattuor anni. Deinde Mercurius post decez. deinde Venus octo. postea Sol. 19. postea Mars quindecim. postea Jupiter duodecim. deinde Saturnus vsq; in finem vite.

De natura capitis draconis z caude.

CAput draconis est masculinus. Similiter etiam est fortuna z natura eius est composita ex natura Jouis z Veneris:z hoc significat regnū z fortunam atq; substantiam. Et dixerunt z quidaz q natura eius est augmentatio:quia cum fuerit cum fortuna auget fortunam eorum:z cum fuerint cum malis auget malitiam eorum:z anni fridarie eius sunt tres. Cauda vero eius est mala:z natura eius est composita ex natura Saturni z Martis: z significat detectionem z casum atq; paupertatem. Et dixerunt quidam q natura eius significat diminutionem q cum fuerit cum fortunis diminuit fortunam eorum:z cum fuerit cum malis diminuit malitiam eorum:ideoq; dictum est caput:est fortuna cum est cū fortunis.z malum cum malis:z cauda mala cū bonis z bona cum malis:z anni eius fridarie eius sunt duo.


De horis diei z noctis quorum sunt planetarum.

SI fuerit aliqua dies vel nox alicuius planetarum erit prima hora ipsius planete z secunda hora alterius planete qui ei succedit:ceterorūq; secundum ordinem circulorum pari ratione est successio verbi gratia: die veneris cuius est z dies prima hora est ipsius veneris secunda mercurij. tertia lune. quarta saturni. quinta Jouis. sexta martis. septima solis. octaua iteruz veneris. nona mercurij. decima lune. vndecima Saturni. duodecima Jouis. ecce habes. 12. horas diei inequales. Jtez de horis noctis. Prima hora sequētis noctis est martis cuius est z tota nox. Secunda Solis. Tertia veneris. Quarta Mercurij. quinta Lune. sexta saturni. septima Jouis. octaua iterum martis. nona solis. decima veneris. vndecima mercurij. duodecima lune. z sic habes etiam. 12. horas noctis inequales. Et incipit dies sabbati postea cuius prima hora est saturni:z ipsius est tota dies sic per ordinem numerando inuenies horas dierum z noctium z diuisiones earum super planetas singulos si deus voluerit.

De horis masculinis z femininis.

DIcuntur z hore esse masculine z feminine:quia hora prima vniuscuiusq; diei z noctis est masculina. secunda feminina. tertia masculina. quarta feminina. ficq; succedunt per ordinem. vna scilicet feminina. alia masculina. vsq; in finem diei z noctis.

Differentia tertia in his que accidunt planetis septez in semetipsis z quid accidat eis abinuicem.



ET quia iam annuente deo iam peregimus esse planetarum in semetipsis:z quid significent: prosequamur narrando quid eis accidat in semetipsis z abinuicem id est a quibusdam erga quosdam.

SIgnificatio planetarū in semetipsis est vt sit planeta ascendens in circulo augis sue minor lumine z magnitudine atq; cursu ideſt cū fuerit inter ipsuz z suam augez minus 90. gradibus ante vel retro si aūt fuerint inter ipsuz z augem. 90. gradus equales erit equalis in lumine z magnitudine atq; cursu. si vero fuerit extra hec duo loca. i. plus. 90. erit descendens de circulo augis z apparebit maior lumine z magnitudine ac cursu vel velocior:z si fuerit portio eius equata minus. 180. gra. erit augens numerum. z si fuerit plus erit

minuens numerū: z si fuerit portio eius equata ex.180.gra.vel.360.erit nec augens nec minuens: z si addatur equatio equata super mediū cursuz dr augens cursuz vel numerū: z si minuitur eius equatio dicitur minuens numerū. Et qñ aliquis planetarū altiorū.3. vadit plus medio cursu suo dicit augere cursuz: z si minus vadit dicitur minuere cursum: z si vadit iñ dicitur cursu equalis z qñ aliquis planetarū inferiorū vadit plus medio cursu solis erit augens cursum. qñ vadit minus dicitur minuens cursum: z qñ vadit iñ erit cursu equalis. Luminarū aūt esse in cursu est sicut esse trium altiorū planetarū. Fit quoq; planeta septentrionalis cū transierit genzahar suum.i.cū transierit per viam Solis tens a meridie in septentrionē ille transitus i.illa abscisio circuloruz dr genzahar.cū ergo planeta transierit ipsaz abscisionē z fuerit inter planetā z ipsaz abscisionē minus 90.gra.erit planeta septentrionalis ascēdens: z cū fuerit a.90. vsqz ad.180.erit septentrionalis descēdens: z cū transierint hunc numerū i cū habuerit plus tens ad.270.erit meridianus descēdens: z cū trāsierint hunc numerū tens ad 360.erit meridianus ascēdens. hoc est cē planetaz in semetipsis.

Esse aūt planetaruz ab inuicem tractemus. quid accidat 5 planetis ergea luminaria: z dicemus ex hoc quod dixit Ptolemeus de almugea hoc est de visione inuicem facie ad faciem. hoc est cuz fuerit inter planetam z solem: dum fuerit planeta occidentalis idest duz sequitur solez tantum quantum est inter domum illius planete z domum solis de signis: aut cum fuerit inter ipsum planetam z lunam cuz fuerit orientalis a luna idest duz succedit luna tantum quantum est inter domum planete z domum lune ex signis idest cum fuerit planeta tantum distans a sole post quantuz distat domus eius a domo solis: similiter de luna dicitur: quia cum planeta successerit soli z fuerit a sole saturnus: scilicet in.6 signo: z iupiter in.5. mars in.4. venus in.3. mercurius in.2. tunc dicitur esse in almugea solis. Similiter cum fuerit inter vnūquemq; planetam z lunam succedentem hic numerus signorum vnuscuiusq; planete dicitur esse in almugea lune.

De ductoria.i.securitate planete.

Ex hoc ductoria planete .i. vt sit planeta in suo haiz.i.in parte sibi propria z aliquo angulorum ascendentis: z aliquod luminarium: similiter in loco sibi consimili in quadrante videlicet in aliquo angulo ita q̄ sit planeta in die orientalis a sole: in nocte occidentalis a luna z omnis planeta dicitur esse in sua ductoria secundum quosdam cum fuerit inter planetaz orientalem z solem 60.gra. Et omnis planeta ex quo tegitur a radijs solis donec appareat de subradijs vocatur combustus: z dum incipit intrare radios dicitur incepisse comburi: z dum absconditur sub radijs z fuerit prope solem per.12.gra. dicitur oppressus z cum fuerit cum sole in vno gradu fuerintq; inter eos.16.minuta: vel infra z latitudo eius similiter vocaf vnitus: z cuz trāsierit eandem vnionē petens exituz donec videaf vocaf euasus. Et ex quo apparent tres altiores de subradijs z incipiunt oriri.i. apparere mane ante solem: hoc est cū fuerint ꝓpinquiores circulo hemisperij orientalis donec veniāt ad oppositionem vocant orientales dextri: z ex quo trāsierit oppositionē donec cōiungātur iterū soli vocant occidētalis sinistri. Venus vo z Mercuri⁹ ex quo seperaf aliqs eoz a gradib⁹ solis in medio retrogradationis sue: z apparent donec cōburank a sole in sua directiōe vocātur orientales. z ex quo seperank a sole in medio directiōis sue donec iterum comburank in retrogradatiōe sua vocātur occidentales: z cū fuerit in ortu suo.i.cuz fuerit orientales vocank dextri: z dicunt esse mas. z occiduo suo.i. cuz fuerit occidētales vocank sinistri z dr esse femine: z tūc sunt fortiores. Tres vo altiores postq̄z exeūt de subradijs solis vocank orientales z dr augmētari i fortitudine vsqz ad.30.gra. a sole z vocank post hoc vsqz ad.30 gra. altos orientales fortes vel fortiores: z cū trāsierint solē. 60.gra. vocank planete orientales eūtes ad debilitatē donec veniāt ad retrogradationem tūc notank orientales retrogradi: donec sint z veniāt in oppositione: z post hoc erunt occidētales retrogradi cū trāsierint oppositionē. donec peruentant ad directionē: deinde a directione vsqz ad.60.gra. post directiōem donec sit longitudo eoz a sole.30. graduū dicunk occidētales fortes: deinde a longitudine 6.gra. post directionē dicunk occidētales eūtes ad debilitatē: deinde fiunt occidentales debiles donec intrent sub radijs solis. Inferiores quoq; ex quo seperank a sole: z ipsi retrogradi vocank orientales debiles: sicq; esse nō desistūt donec veniāt ad directionē suā: z tūc fiūt orientales fortes: donec longitudo eoz fit a sole sicut lōgitudo solis ab eis fuit duz cepissent debilitari eūtes ad retrogradationē: deinde fiūt orientales debiles donec supponāt radijs solis post hoc sunt cōiuncti: deinde cōbusti euntes ad apparitionē donec videanf: z ex quo seperank a sole in directiōe vsqz ad.60. gradus sunt fortiores: z a 60. vsqz ad horā sue retrogradatiōis erūt occidentales fortes: z donec fuerint cū sole erūt debiles: z planeta cū exierit de subradijs solis: z nulli planete iunctus fuerit dicitur q̄ sit in lumine suo: hoc est esse planetaruz cū luminaribus.

De his que accidunt planetis ad seinuicem.

Esse autem illorum erga seinuicem hoc est idem q̄ coniunctio.i. cum fuerint duo planete in duobus signis aspicientibus se z fuerit leuior in signo suo minus gradibus q̄z fuerit ponderosior in signo suo: fuerintq; inter eos.6. gra. vel infra: tunc dicitur q̄ leuior eat ad coniunctionem ponderosiorem: z cum gradus eorum fuerint equales perficiunt coniunctio eorum: z cum transierit eum erit ab eo separatus coniunctio hec dicitur coniunctio longitudinis. Coniunctio vero latitudinis est: vt duo planete iungantur per latitudinem. Et si fuerit applicatio coniunctionis oportet: vt sit latitudo eorum equalis in vna parte: z si fuerit coniunctio ex oppositione oportet vt sint latitudines eorum equales: ita vt latitudo vnius sit ascendens in septētrione: z alterius descēdens in septētrione vel vnius ascendēs in meridie: z alteri⁹ descēdens in meridie: aut si fuerit applicatio ex aliquo alioz aspectu: z hoc est q̄ sit latitudo vni⁹ septētrionalis ascendēs: z alteri⁹ meridiana descēdens: z ecōuerso in meridie: z hec est applicatio latitudinis que dicta est. Et cum separaf vnus planeta ab alio z nulli planetarū iungitur q̄diu in eodē signo fuerit dicitur cursu vacuus. Et cum fuerit planeta in aliquo signo: z alius planeta non aspexerit hoc signū alter planeta q̄diu in eodē fuerit dr fera vel agrestis. Et cum separatur planeta leuis a planeta ponderosiori z iunctus fuerit alteri.transfert naturam primi ad secundum. Transfert etiaz planeta naturam alio modo hoc est vt planeta leuis iungaf planete pōderosiori se: z ipse pōderosior iterū alteri se ponderosiori: tūc melius trāsfert naturam leuioris ad pōderosiorē. Si autē nō iungit vnus istoz alteri: z iungit vter

qz alteri:tunc si aspexerit ille tertius planeta aliquem locorum circuli reddit lumen eorum ad locum ipsum.z hoc vocatur redditus luminis. Iterū si vnus planeta non iungitur alteri:sed alter planeta tertius in vtroscz transtulit lumē: tunc hec coniunctio dicitur etiam redditus luminis. ¶ Sequitur prohibitio z fit duobus modis.Uno scilicet ex coniunctione hoc cum fuerint tres plane te in vno signo.sed in diuersis gradibus:z fuerit ponderosior plus gradibus: tunc ille qui est medius prohibet priorem illum.scilicet qui est minus gradi bus ne iungatur ponderosiori donec pertranseat eum. Secūdo modo vt duo planete sint in vno signo:z leuior iungatur ponderosiori: alter quoqz iunga tur eidem ponderosiori per aspectū:ille ergo qui est cum eo in vno signo aspi cientem prohibet a ponderosioris cōiunctione:si fuerint tamen gradus illius qui iungitur:z ipsius qui aspicit equales.idest vnius numeri. Si vero ille qui aspicit fuerit propior gradui ponderosioris erit coniunctio aspicientis. Et si coniungitur planeta domino illius signi in quo fuerit: vel domino exaltatio nis seu domino ceterarum dignitatum in quibus fuerit: dicitur pulsare idest mittere naturam illius planete domini scilicet eiusdem dignitatis ad eum. ¶ Et si fuerit planeta in aliqua dignitatum suarum z fuerit iunctus alij plane te qui habeat etiam partē dignitatis in eodem loco mittit ei etiam vtranqz natu ram suam.s.z illius cui iungit:z hec missio omnis vocat alcobol idest recep tio.

NUnc sequitur redditus.i.quando iungitur planeta alicui planete qui comburitur.i. qui fuerit sub radijs solis vel fuerit retrogradus red ditqz ei virtutem propter debilitatem suam quam non valet retinere: tunc si fuerint vtriqz planete in angulo vel succedentibus angulorum erit red ditus cum proficuo.similiter si fuerit qui coniungitur ei tantum in angulo:z il le cui coniungitur receperit eum. Si autem fuerit planeta qui iungitur cadēs ab angulo: z ille cui coniungitur in angulo vel in sequenti angulorum: aut si vtriqz fuerint cadentes erit redditus cum detrimeno.

TUnde sequitur almenez.idest refrenatio que fit quādo planeta vult cō iungi alteri: sed anteqz iungatur accidit retrogradatio z sic destruī tur eius coniunctio. ¶ Hanc sequitur alichozad.i. contrarietas acci dens: hec fit cum aliquis planeta leuis fuerit multorum graduum in signo z alter illo ponderosior minus gradibus.tertius quoqz leuior primo volens cō iungi ponderosiori: sed anteqz ei coniungatur fit retrogradus ille leuior qui habet plures gradus z iungitur z applicatur illi ponderoso z transiens illum iungitur etiam alteri planete leuiori: z sic destruitur coniunctio illius prioris cum ponderoso.

SEquitur alfazim.i.frustratio. Ꝟ quoqz fit cum aliquis planeta petit cō iunctionem alterius planete.sed anteqz perueniat ad eum mutatur iste in aliud signum z erit aliquis planeta in paucis gradibus aspiciens ipsum signum z erunt radij eius in initio signi. Cūqz exierit sequens planeta de primo signo iungitur isti aspicienti z annullatur coniunctio quam habe bat cum illo.s.cum primo.

HInc sequitur abscisio luminis hoc est quando aliqs planeta petit cō iunctionē alterius z fuerit in secundo signo a signo illius cui iungitur alter planeta: sed anteqz iungat ei prius fit ille qui est in secūdo signo retrogradus. coniungiturqz ei z abscindit lumen suum a planeta qui vole bat coniungi ei:similiter si fuerit planeta iens ad coniunctionem alterius pla nete:z ipse alter planeta cui vult iungi petat coniunctionem alterius planete se ponderosioris:sed anteqz perueniat leuis ad gradus ponderosioris iungi tur ipse ponderosus alteri seipso ponderosiori:z abscindit lumen illius a pla neta primo leuiori.

De locis fortunatis z malis.

SUnt quoqz his planetis loca in quibus confortantur z in quibus de bilitantur:z loca in quibus fiunt fortune:z loca in quibus fiunt mali. Sed loca in quibus fiunt fortune sunt Ꝟ: vt scilicet sint in aspectibus bonorum idest in aliquo aspectu vtili:scilicet,sextili:aut in trino aspectu quia a quibusdaz ita nominatur exagona radiatio quoqz ac trigona:z vt sint mali ca dentes ab eis sintqz separati ab infortuna:z iuncti fortune:aut sint obsessi a for tunis vel radijs eorum idest vt sint inter duas fortunas vel inter radios fortu narum. ¶ Hec est enim obsessio vt habeat planeta fortunam vel radios eius ante se z aliam fortunam:vel eius radios post se. Et quidā vocant hoc altifert idest veneratio:aut sint vnitu cuz sole in vno gradu aut sint in aspectu eius sex tili:siue trino vel cōsimili aspectu lune z luna tunc sit fortunata: z vt cursu sint veloces aucti lumine z numero:aut sint in dignitatibus suis vel in suo haim: idest in sua similitudine vt sit videlicet planeta masculinus in signo masculino z femininus in signo feminino z diurnus in die super terrā z in nocte sub ter ra nocturnus in nocte super terram: z in die sub terra z reliqua z vt sint in si gnis in quibus habuerint dignitates seu potestates suas:vel gaudijs suis vel in gradibus lucidis recepti:z ex fortitudine eorum est vt sint ascendentes in se ptentrione:aut sint septentrionales:vel sint ascendentes in circulo augis sue: aut in statione secunda hoc est quando fuerint in statione vbi dirigantur a re trogradatione:aut sint exeuntes de sub radijs solis:aut sint in angulo:vel in se quenti eius:aut sint tres altiores orientales a sole:qz si eum aspexerint sextili: aut trino aspectu:erit illis hoc augmentum fortitudinis:aut fuerint in quartis masculinis z sol cuz fuerit in illis quartis masculinis:aut in signis masculinis erit fortis etiam nisi sit in libra:quia ibi cadit. Et ex fortitudine trium inferio rum est vt sint occidentales a sole:aut in quartis femininis z ex fortitudine lu ne:vt sit in nocte super terram z in die sub terra in loco feminino:vel in signo feminino:z cum fuerit in exaltatione solis.

De infortunio planetarum.


EX infortunio vero planetarum z destructione eorum est vt sint in cō iunctione malorum:aut in oppositione eorum:vel in eorum tetragona:aut trigona:aut exagona radiatione:aut si fuerit iter eos z corpus mali vel radios eius minus termino planete:aut fuerint in terminis malorum: aut domibus eorum:aut sint mali eleuati super eos a.x.vel xi.a locis eorum:z multo deterius si non receperint eos. Aut fuerint in coniunctione solis: vel oppositione eius:vel in tetragona radiatione:aut fuerit in capitibus suorum

genzahar:aut cum caudis suis:aut cum capite draconis vel cauda sintq; inter eos ꝛ inter aliquem istorum scilicet locorum.22.gradus vel infra:ꝛ maxime si fuerit luna in aliquo eorum: similiter ꝛ sol tunc magis impeditur ab eis. idest a capite vel cauda cum fuerint inter ipsum ꝛ vnum eorum etiam.4. gra.ante vel retro:aut fuerit planeta obsessi inter duos malos:hoc est vt sit planeta in signo aliquo ꝛ cuꝫ eo malus:vel radij eius ante se:ꝛ malus vel radij eius post se: aut seperatur a malo per coniunctionem.vel per aspectum:ꝛ iungatur tali modo alteri malo:aut fuerit malus:vel radij eius in signo quod est ante eum:idest in secundo ab eo:ꝛ in signo quod est post euꝫ:idest in.12.ab eo fuerit alter malus:vel radij eius. Similiter dicitur de signis q̄ sint obsessa. Quod si aspexerit fortuna vel sol eundem planetam obsessum:vel signum obsessum a trino:vel a sextili aspectu fuerituq; inter eum ꝛ coniunctionem minus septem gradibus solutur ipsa malicia vel obsessio. ☾ Et ex hoc vt sit planeta retrogradus:vel sub radijs solis combustus: aut cadens ab ascēdente:aut ex debilitate eorum:vt sint tardi cursu:aut in statione prima:hoc est quando stant:vt retrogradi fiant: aut sint in gradibus tenebrosis.aut sint masculini in signis femininis:ꝛ gradibus femininis in die sub tarra:ꝛ in nocte super terram: aut sint feminini in signis masculinis:ꝛ in gradibus masculinis in nocte sub terra:ꝛ in die super terram: aut sint in oppositione dignitatum suarum:seu potestatum:aut descendentes in meridie vel meridiani: aut cadentes ab angulis: vel a succedentibus angulorum: aut in domibus cadentibus: aut sint in via combusta que est medietas vltima libre:ꝛ prima medietas scorpionis:aut iungantur planete retrogrado vel impedito seu cadenti:aut non sint recepti. Aut sint tres altiores a solo occidentales: aut in quartis femininis:ꝛ debilitas solis est: vt sit in signis femininis:aut in quartis femininis:nisi sit in domo nona:ꝛ debilitas trium inferiorum est vt sint orientales:aut in quartis masculinis.

De amicicia ꝛ odio planetarum.

Et dicitur in planetis q̄ sint quidam eorum se inuicem diligentes ꝛ odientes:nam de diligentibus quidam antiquorum dixerunt q̄ Jupiter diligit omnes planetas ꝛ sit amicus eorum ꝛ ipsi illius preter martem. Veneris amici sunt omnes planete ꝛ omnes diligunt eum preter saturnum. ☾ Saturni autem amici sunt Jupiter Sol ꝛ Luna ꝛ inimici eius ♂ars ꝛ Venus ꝛ ipsa plus habet eum odio. ☾ Et amica martis est Venus ꝛ ceteri planete odio habent eū ꝛ plus Jupiter ꝛ Sol. ☾ Solis vero amici sunt Jupiter ꝛ Venus:ꝛ inimici ♂ars ♂ercurius ꝛ Luna. ☾ ♂ercurij amici sunt Jupiter Venus:ꝛ Saturnus tantum:ꝛ inimici eius sunt Sol ꝛ Luna ꝛ ♂ars. Lune autē amici sunt Jupiter ꝛ Venus ꝛ Saturnus:ꝛ inimici ♂ars ꝛ ♂ercurius. Capitis draconis amici sunt Jupiter ꝛ Venus:ꝛ inimici Saturnus ꝛ ♂ars. Caude vero amici Saturnus ꝛ ♂ars:inimici Sol ꝛ Luna Jupiter ꝛ Venus. Et sunt alie species inimicicie.cum fuerint duo planete habētes domos suas oppositas:vt ♂ars ꝛ Venus:ꝛ cū iungunt de apertio portarum. Tertia quoq; species inimicicie est vt sint duorum planetarum exaltationes oppositē. Fortior autem planetarum amicicia est:vt concordet planeta cum planeta in natura ꝛ in qualitate atque substantia ꝛ potestate sicut concordat ♂ars cum sole:quia vterq; concordat in caliditate ꝛ ficcitate ꝛ acuitione ꝛ celeritate:ꝛ est dominus exaltationis eius in qua apparet eius fortitudo:ꝛ vt concordat Luna ꝛ Venus in frigore ꝛ humiditate:ꝛ est domina exaltationis eius. Cum autem concordauerint duo planete in natura ꝛ substantia: vt Jupiter ꝛ Venus sunt amici.

Differentia quarta in expositione nominum astrologorum.



Et prosequamur nunc expositionem nominum astrologorū. Initium horum est. Coniunctio ꝛ res significantes destructiones seu mutationes que fiunt in hoc seculo ex cōiunctionibus:quarum numerus est sex: maior autem omnibus coniunctionibus est coniunctio saturni ꝛ iouis in initio arietis ꝛ ♄ fit in.960.annis. ☾ Secunda autem eorū coniunctio est in initio vnius cuiusq; triplicitatis ꝛ ♄ fit in.240.annis. Junguntur enim in vnaquaq; triplicitate duodecies:ꝛ fortassis faciunt in vnaquaq; triplicitate.13.coniunctiones:deinde mutatur eorum coniunctio ad triplicitatem que hunc succedit. ☾ Tertia autem cōiunctio est saturni ꝛ martis in initio cancri que fit in omnibus.30.annis. ☾ Quarta quoq; est coniunctio iouis ꝛ saturni in vnoquoq; signo que fit in omnibus.20. annis. ☾ Quinta est descensio luminaris maioris in punctum ꝛ equinoctij vernalis temporis.scilicet ingressus solis in capite arietis que fit in omni āno. ☾ Sexta est coniunctio luminarium ꝛ oppositio eorū que fit in dimidio cuiusq; mensis lunaris. Et quando dicitur ascendens coniunctionis dicitur vel significat ascendens mundi.idest signum quod ascendit hora introitus solis in predictū punctum equinoctij vernalis in initio scilicet illius anni in quo debet fieri cōiunctio predicta.

De annimodar.i.gradus ascendentis natiuitatum inuestigatione.

Et ex hoc annimodar quod est inuestigatio gradus ascendentis alicuius natiuitatis:ꝛ putant multi astrologorum q̄ inueniatur per eundē idem gradus ascendētis natiuitatis alicuius:sed hoc falsum est:ꝛ hoc iam patefeci in libro meo quem feci de annimodar: sed inuenitur per eundez dignior omnibus gradibus circuli post gradum ascendentis in eadem hora secundum cursum naturalem:ꝛ concordat multotiens. idest accidit aliquando q̄ inueniatur per eum gradus ascendentis. Cuius rei cognitio est vt considerētur gradus coniunctionis vel gradus preuentionis que fuerit ante ipsam natiuitatem:ꝛ si fuerit coniunctio illi natiuitati proprio vocatur ipsa natiuitas coniunctionalis:ꝛ si fuerit preuentio illi propior dicitur preuentionalis. i. in qualicūq; eorū fuerit natiuitas in coniunctione.s.vel preuentione eodem mō ꝛ nomine natiuitas predicta nūcupatur:ꝛ quia gradus coniunctionis est idez gradus in quo iunguntur luminaria nulla est inquisitio:nec indiget expositione:in preuentione aūt quia vnūquodq; luminarium est in gradu suo idest in diuersis gradibus. Necesse est nobis scire quē horum graduū velut intelligi gradum preuentionis:ꝛ iam dixit Ptolemeus: quia gradus illius luminaris q̄ fuerit super terram est gradus preuētionis:ꝛ quidā sapientū dixerunt q̄ si euenerit in preuentione q̄ vnum luminarium sit in gradu orientis ꝛ alterū in gradu occidentis:tunc gradus orietis erit gradus preuētionis. Et dixit Uelli

us:quia gradus preuentionis est gradus in quo fit impletio volens intelligi gradū lune:sed qz hoc est opus Ptolemei opz in hoc nos redire ad eius sniaz cū ergo gradus cōiunctionis vel gradus preuentionis certissime patuerit cōstitues gra.ascendentē per extimationez hore natiuitatis z quattuor angulos reliquas domos:deinde aspicies gra.coniunctionis:vel gradū preuentionis que fuerit ante natiuitatez:z quis planetarū in eo fuerit dignioz vel fortioz in eadē hora cōiunctionis vel preuentionis per multitudinē dignitatū seu potestatuz.i.cōsiderabis quis planeta ♃ habeat maius dominiū in eodē loco.Nunc ergo planetaz equabis ad horā opinatā natiuitatis.deinde aspicies vtrum sit gradus illius planete in signo in quo est propioz gradui .x.domus aut gradui ascendētis z cui horū ppioz fuerit facies hūc angulū ad istar gradus ipsi⁹ planete z eius minuti:z diuides .xij.domus per eū dixit Ptolemeus si planete plures conuenerint in dominio eiusdem loci z fuerint equales in fortitudine cōstitues dnm loci illum qui fuerit dns haim:qz si in hoc etiaz cōuenerint cōstitues eum qui velocius dz mutari ab esse suo ad id qd fuerit melius.i.eum qui voluerit exire de aliquo signo in quo fuerit:z intrare aliud in quo habuerit plures dignitates:vel si fuerint orientales a sole eliges euz qui soli fuerit propinquioz z non fuerit sub radijs.Si vero in angulo fuerit ille est eligendus qui gradui eiusdem anguli fuerit propinquioz:z hoc intellige.

ET ex hoc hylech.i.locus vite in natiuitatibus cuius scientia est:vt primo aspicias horā natiuitatis:que si fuerit in die accipies a sole:qui si fuerit ante gradū signi ascēdentis per.5.gradus aut infra:aut fuerit in 10.vel.11.siue masculinum fuerit ipsum signū seu femininū aptus erit:vt sit hylech.Si aūt fuerit in his tribus locis.s.in septima vel octaua vel nona in signo mas.sit aptus erit:vt sit hylech.Si vero fuerit in his tribus locis i signo femi/nino nō erit aptus:vt sit hylech.Hinc aspiciens Lunā que si fuerit in ascendente vel in secūda vel tertia:aut in septima vel octaua erit apta hylech siue masculinum siue femininū fuerit signū.Et si fuerit ante gradū signi ascendentis per.5.gradus vel infra:aut fuerint in.10.vel.11.aut in quarta vel quinta vel in septima in signo feminino aptetur hylech.Si autē fuerit in aliquo istorū in signo masculino nō erit apta hylech si fuerit in die natiuitas.Si vero natiuitas fuerit nocturna incipiamus a luna que si fuerit in aliquo predictorum locorū:sm qz prediximus erit apta hylech.Si autez luna non fuerit in eis aspiciens post hoc ad solē.qui si fuerit ante gra.7.per.5.gra.vel infra:aut si fuerit in.4.vel in.5.erit aptus vt sit hylech siue signū fuerit masculinū siue femininū.si vero fuerit ante ascendentez.5.gradibus vel infra:aut in ascendente:vel in secundo signo mas.aptabitur etiā hylech.Si autē fuerit in aliquo istorū locorū in signo femi.nō erit aptus hylech.Quod si luminariū aliquod nō fuerit aptū hylech.Aspice post hoc natiuitatem:vtrum sit coniunctionalis aut preuentionalis.i.vtrum sit post cōiunctionē vel preuentionem.Quod si fuerit natiuitas coniunctionalis z fuerit gradus coniunctionis in aliquo angulorum.vel in succedenti angulo:erit in loco apto hylech.Si vero predictus gradus fuerit cadens ab his octo locis idest ab angulis z a succedentibus angulis non erit hylech.Aspicies tunc gradum partis fortune:qui si fuerit in aliquo angulorum vel in succedentibus angulis:erit in loco apto hylech.Si vero cadens fuerit ab his.8.locis.Aspicies post hoc gradū ascendentis z constitues euz hylech.Si vero natiuitas preuentionalis fuerit:incipies a gradu preuentionis.Aspicies eum sicut prius fecisti in gradu coniunctionis:z post ipsum gradum partis fortune post ipsum gra.ascendentis eo ordine quo prediximus in gra.coniunctionis.De sexu autem signorum non curabis.i.non aspicies vtrum sint signa illa mas.vel femi.nisi tantūmodo in luminaribus hoc est in gradu cōiunctionis vel preuentionis z ascendentis z partis fortune non consideres vtrū sint in mas.signis vel femi.tam in angulis qz in succedentibus angulorum:sed hec quattuor nō erunt tunc apta hylech cū fuerint in his octo locis.i.in angulis vel succedentibus eorū si vero fuerint in locis recedentibus.i. cadentibus ab angulis non erunt apta hylech.Apparet itaqz qp sol sit hylech aptus in die z nocte super terrā z sub terra in.11.locis: super terrā in 6 locis z sub terra in.5. Luna quoqz apta erit hylech in die z nocte super terra z sub terra similiter in. 11.locis super terrā in.5.z sub terra in.6.z cū hoc si fuerit luna in his locis sub radijs solis non erit apta hylech.Aspiciens autē hylech in angulis z succedēti bus eoz secundū qp equātur.12.domus circuli per gradus horarū ascēdentis secundum qp exponit eius opus in canone planetarū:idest in libro cursuū planetaz.Cūqz equaueris domos hoc modo omnis planeta qui fuerit ante gradum signi ascendētis vel cuiuslibet dom⁹ per.5.gradus vel infra erit fortitudo eius valida in domo que ei succedit:z omnis locus ex locis que prediximus est aptus hylech:si aspexerit eum aliquis dominorum illius qui sit dominus domus:aut dominus exaltationis: aut dominus termini: aut triplicitatis: aut dominus facie:z si non:non erit aptus hylech.

De alcochoden.

ET ex hoc alcochoden qui est significator vite:idest dominus annorū: vel dans annos quem cuz volueris scire z iam prenosti hylech eo ordine quem predixi: aspicies dominum domus hylech:aut dominum exaltationis eius: aut dominum termini eius: aut dominum triplicitatis: aut facie eius quis horum fortior fuerit z autentior in loco hylech: z si aspexerit hylech erit dignior alcochoden. qp si non aspexerit hylech qui fuerit pluris auctoritatis aspicias eum qui fuerit auctoritatis minoris donec inuenias aliquem ex illis qui aspiciat:qp si non aspexerit hylech non poterit ille locus esse hylech:z tunc queres ab alio hylech z iterum queres ab eodem secundo hylech alcochoden eo ordine quo prediximus:qp si equales fuerint duo planete vel tres in auctoritate gradus hylech:z aspexerit vterqz erit dignior alcochoden qui fuerit fortior loco.Si vero fuerint equales in fortitudine loci scilicet vbi fuerint ipsi plānete erit ille alcochoden qui propior fuerit gradui hylech. Quibusdam autem videbatur melius inspicere a domino domus qui si aspexerit hylech ponebant eum alcochoden z non considerabant alterū:z si non inuenissent dominum domus aspicientem hylech accipiebant dominuz exaltationis quem si aspicere viderent hylech ponebant alcochoden eum z non considerabant alium:similiter faciebant de domino triplicitatis termini atqz facie per ordinem: z erat Dorotheus preponens dominum termini in hoc domino domus: Et quidam dixerunt qp si equales fuerint duo planete vel tres vel plures in dignitate:z in ppinquitate aspectus gradui hylech ille erit alcochoden qui erit in loco laudabili a sole: idest qui fuerit cum sole in vno gra.per.16.minuta:aut infra: vel propinquior gradui anguli:aut in initio or/

tus sui: ideſt cum mane apparuerit: aut fuerit in ſtatione ſua ſecunda: vel in ali quo eſſe ſcilicet laudabili a ſole ſicut prediximus ipſe erit alcochoden. Si vero gradus Solis fuerit hylech: ꝛ fuerit in Ariete vel in Leone erit Sol hylech: ꝛ alcochoden ſimul ꝛ non conſiderabitur alius alcochoden preter eum: ſimiliter ſi fuerit gradus Lune hylech: ꝛ fuerit in Tauro vel in cancro habeto eam pro hylech ꝛ alcochoden: ſimul ꝛ non conſiderabis alcochoden alium preter eam.

ALmutam eſt qui preeſt natiuitati: ab eo ſignificatur eſſe nati poſt hylech ꝛ alcochoden: ꝛ ipſe planetes ceteris eſt pluris auctoritatis: in aſcendente ꝛ in locis luminarium atq; in loco partis fortune in loco quoq; coniunctionis vel preuentionis que eſt ante natiuitatem. Quod ſi pfuerit aliquis planeta duobus locis aut tribus aut quattuor aut pluribus pre multitudine poteſtatis ſue erit ipſe almutaz. ideſt auctor ꝛ ſignificator vite poſt hylech: ꝛ alcochoden ꝛ per eum ſignificatur eſſe nati: ꝛ quidem habent eum pro alcochoden ad dandum vitam.

De profectione ſignorum.

Q Unt quoq; in vno quoq; signo. In ista pte auctor determinat de quibudam spectalibus proprietatibus planetarū que sunt in diuersis gradibus circuli signorum z sunt sex. sunt enim ibi quidā gradus masculini z quidam feminini. Et sunt ibi quidam gradus lucidi z quidam tenebrosi. Etiam sunt ibi quidam gradus qui dicuntur putei. Et sunt ibi quidam gradus quidicuntur azemena. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur augmentantes fortunam. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur consortes. Et secundū hoc ista pars potest diuidi in sex partes: quoniam in ꝑma parte enumerat gradus masculinos z femininos. In secunda parte enumerat gradus lucidos z tenebrosos z fumosos. In tertia parte enumerat gradus qui dicuntur putei. In quarta parte enumerat gradus qui dicuntur azemana. In quinta parte enumerat gradus qui dicuntur augmentantes fortunam z gradus sublimitatis. In sexta parte enumerat gradus qui dicuntur cōsortes. C Prima pars incipit in principio. Secunda incipit ibi. z in vnoquoq; horum signorū. Tertia incipit ibi: z in signis sunt gradus. Quarta ibi: z sunt in signis quidam gradus. Quinta ibi. z in circulo. Sexta ibi: z omnes duos gradꝰ. Prima pars potest diuidi in duas partes: quoniā in prima parte incipit enumerare gradus masculinos z femininos litteraliter. In secunda parte ponit tabulam de eis. Qđ dicit patet in litera. Postea dicit q̄ sunt gdā gradꝰ in circulo qui dicunf lucidi z gdam tenebrosi: z gdam fumosi z quidam qui vocanf vacui. Et icipit primo eos enumerare. Et deide ponit de eis tabulā z patet. post ea dicit q̄ sunt in circulo quidaz gradus qui dicuntur putei. z enumerat illos omnes in littera. z quidā libri habent tabulam de eis factam. Deinde dicit q̄ in signis sunt quidam gradus qui dicuntur azemena. Et dicit q̄ azemena est quedam debilitatio corporalis vt est cecitas vel surditas vel aligd talium vel amissio membri. Juxta quod notandū q̄ dicit Hali Abenragel in ꝑmo capitulo domus sexte libri sui de natiuitatibꝰ. Quando pars azemena fuerit in partitione ascendentis z luna iuncta cum ea vel dominus ascendentis significat: q̄ azemena erit in illo membro nati quod cadit in partitione illius signi. C Notandum est etiam q̄ si sol in natiuitate alicuius fuerit in gradu azemena erit debilitatio in oculo dextro si luna erit in sinistro. Postea dicit q̄ sunt quidam gradus in circulo qui dicuntur augmentantes fortunam z enumerat eos in littera. Juxta quam partem notanduz est quod Haly dicit in commento .229. propositionis prime partis quadripartiti scire te conuenit q̄ gradus augmentantes fortunam sunt gradus exaltationis solis z planetarum fortunarum. sicut .19. arietis. 3. tauri. 15. cancri. 27. piscium. Similiter sunt illi in quibus adiunguntur termini fortunarum. Et: sicut .13. sagittarij z: piscium. z sunt etiam gradus terminorum fortunarum. Et gradus in quibus sunt stelle fixe de natura fortunarum. Et econtrario in quibus sunt stelle de natura infortunarum. Et postea dicit q̄ omnes duos gradus qui sunt eiusdem longitudinis a capitibus signorum mobilium sunt eiusdem fortitudinis. Et dicuntur consortes sicut .20. gradus capricorni. z. 10. gradus sagittarij. Isti enim duo gradus equaliter distant a capite capricorni. z. 20. libre. z. 10. virginis equaliter distant a capite libre. Et .20. cancri z. 10. geminorum equaliter distant a principio cancri, z. 20. gradus arietis. z. 10. piscium equaliter distant a principio arietis. Ptolemeus dicit .229 propositione prime partis. Astrologi ceteri multum locuti fuerunt de gradibus z diuiserunt eos in gradus lucentes lubricos z fumosos. Et sunt ex eis azemana: z sunt ex eis putei. Et locuti fuerunt de alijs multis sicut inuenies per multos libros astronomie. Et si hoc inuenerunt experientia bonum est q̄ operis per hoc. Et forsitam si eis accidit q̄ aliquis planeta vel stella fuit in gradu vel eius radius z fecit fortunam ceciderunt q̄ gradus hoc fecerit. Et siquidem ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. Et hic finem imponamus nostre rationi. Videtur per istam literam q̄. Ptolemeus non multum approbat gradus augmentantes fortunam z̄. Dicit enim si ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. gradus enim dicuntur lucidi vel tenebrosi propter stellas fixas ibi existentes. Et vult Haly secundum q̄ preallegatum fuit q̄ gradus dicuntur augmentantes fortunam in quibus sunt stelle de natura fortunarum. Constat autem q̄ stelle fixe mutant loca sua respectu zodiaci none sphere. Ex illa littera Ptolemei potest trahi q̄ iudicia debent fieri secundum nonam sphaeram z non secunduz

octauã. Ex quo enim vult q̃ istos gradus oportet mutare: consequens est q̃ gradus scõm quos debent fieri iudicia nõ mutant. Albumazar in introducto/rio suo põit istos gradus. s. masculinos ⁊ femininos lucidos ⁊ tenebrosos ⁊c. Et dicit ibi si planeta i natiuitate vl interogatiõe masculini fuerit in gradu masculino vel in natiuitate femininę vel iterrogatione in gradu feminino erit cuius significatio fortior. De gradibus lucidis. tenebrosis ⁊ fumosis dicit si ceciderit planeta in gradu lucido: erit ei⁹ significatio fortior in significatiõe honorum ⁊ significat pulchritudinem. Et si ceciderit in gradu tenebroso significat duritiem ⁊ tarditatez ⁊ horribilem rem ⁊ tenebrosam ⁊ malam. Et cum ceciderit in gradu fusco: vel umbroso vel fumoso: vel in gradu vacuo significat modicum horribile. Et si ceciderit planeta in gradu putei abibit eius pulchritudo ⁊ aspectus ⁊ debilitat in significatione sua. Fortune namq̃ cum ceciderint in eos debilitant in significatiõe eaꝝ. Mali vero cuz ceciderint in eos debilitatur significatio eoꝝ. Et fortassis significabit fortunam accidentalẽ ꝓpter debilitatem eorum super malum. De gradibus augmẽtantibus fortunã dicit antiqui putauerunt q̃ in circulo erunt gradus augentes fortunã. Et dixerunt q̃ planete cum non fuerint i locis significãtibus fortunã nati ⁊ fuerit luna vel pars fortune in his gradibus aut fuerint ipsi gradus ascendentis augent fortunam nati. Et si planete significauerint sibi casum. Isti gradus mouent eum in sublimationem per aliquã quantitatem quodam motu. De gradibus sublimitatis dicit. Quidam dixerunt q̃ cum ascendens fuerit aliqs istoꝝ graduum: aut fuerit sol in natiuitate diurna: aut luna in nocturna in quibusdam eorum ⁊ fuerit in loco optimo in figura. Et cum hoc significauerint planete radicis natiuitatis fortunã pducet natũ ad sublimitatem ⁊ sedem nobilitatis ⁊ dominabitur terris ⁊ ciuitatibus: ⁊ posidebit diuitias multas.

Et quia auxiliante deo. Prius auctor determinauit de esse circuli signoꝝ essentiali. Hic determinat de esse accidentali ipsius. Et diuiditur in duas ptes: qñ primo continuat dicta dicendis. Secundo prosequitur ibi: naz circulus signorum. Et illa diuiditur in duas partes: quoniam primo determinat de diuisione accidentali circuli signorum. Secundo determinat de proprietatibus ⁊ significationibus consequentibus ipsam diuisionem: ⁊ incipit ibi: quarta autem pars que est ab ascendente. Et ista diuiditur in duas partes: quoniam primo ponit proprietates ⁊ significationes quartaꝝ. Secundo ponit significatiões singulaꝝ domoꝝ: ⁊ illa incipit ibi: ⁊ vna queq̃ domoꝝ. Primo dicit postq̃z compleuit esse essentiale circuli signoꝝ. nunc vult tractare de eẽ accidentali ipsi⁹. Postea dicit q̃ circulus figuratur qualibet hora tali figura que diuiditur in q̃tuor partes quas diuidit circulus horizonte ⁊ circulus meridianus. Et quelibet istarum quartaꝝ diuiditur in tres ptes equales sm diuisionẽ signi ascendentis in circulo directo. Et hoc mõ diuidit totus circulus in. 12. ptes que vocantur turres vel domus: cuius expositio est in canonibus tabulatum. Intelligendi sunt duo circuli magni trãseũtes p polos mũdi: quoꝝ vnus est circulus meridianus: ⁊ alter circulus transiens p punctũ zodiaci q̃ est in contactu orizontis orientalis: ⁊ per punctum oppositum. s. qui est in contactu orizontis occidentalis intersecãs circulum meridianum sup polos mũdi. Isti duo circuli diuidunt totum celum in quattuor partes que quandoq̃z inter se sunt equales quandoq̃z inequales: vt plurimum tamen sunt inequales. Si enim principium Arietis vel principium libre fuerit in ascendente. Iste quarte sunt equales. In omnibus autem alijs dispositionibus sunt inequales. Postea intelligatur portio circuli equinoctialis intercepta inter circulum meridianum ⁊ circulum transeuntẽ per initium ascendẽtis diuidi in tres ptes equales. Similiter alia portio circuli equinoctialis que est ab ascendẽte vsq̃ ad inferiorem partem circuli meridiani. s. ad angulum terre intelligat diuidi i tres partes equales. Deinde imaginẽtur circuli magni transeuntes p diuisiones pdictas ⁊ p polos mũdi tunc portio zodiaci intercepta inter quoslibet duos circulos primos est vna dom⁹. Hec est positio Ptolemei: ⁊ ista tenet cõiter. Est etiam alia imaginatio de domibus quã tenet Abrahã auenezre. Et imaginat transire circulos p diuisiones equinoctiales: ⁊ per intersectionez circuli meridiani ⁊ horizontis in pte septẽtrionis. Ista via cõmuniter nõ tenet: ideo nõ curo eam multum explanare. Inuenire autem principia. 12. domorum p astrolabium non est difficile: immo leue. cuius doctrinaz hic interponere esset longum ⁊ superfluũ cũ in canonibus astrolabij fuerit posita sufficienter. Qui autem voluerit domos equare p tabulas in canonibus tabulaꝝ primi mobil: ⁊ doctrinã completam inueniet. Deinde dicit auctor principiũ huius diuisionis est ascendens cuius initium est in puncto hemisperij ex parte orientis. Deinde sequitur secunda domus: deinde tertia: ⁊ sic vsq̃ ad duodecimam.

Quarta autem pars. Hic auctor ponit proprietates ⁊ significationes circuli signorum cõsequentes diuisionem eius accidentalem. Et dicit q̃ quarta pars circuli que est ab ascendente vsq̃ ad medium celi scilicet. 12. domus. 11. ⁊ 10. dicit quarta orientalis masculina aduenientes. Et significat initium vite ⁊ vocatur pueritis sanguinea. Et alia quarta est a medio celi vsq̃ gradum occidentis scilicet. 9. 8. ⁊ 7. domus dicitur meridiana feminina recedens a nobis: ⁊ significat mediam etatem que vocatur perfectio iuuentutis: ⁊ vocatur estiualis ⁊ coleri/ca. Tertia quarta que est a gradu occidentis vsq̃ ad angulum terre scilicet 6. 5. ⁊ 4. domus est occidentalis masculina accedens ad nos: ⁊ significat finẽ vite: ⁊ vocatur autumnalis melancolica: ⁊ est mediocris etatis. Quarta pars que est ab angulo terre vsq̃ ad ascendens scilicet tertia secunda ⁊ prima domus est septentrionalis feminina recedens a nobis: ⁊ significat quod accidit homini post mortem eius quantum ad memoriam hominum scilicet virum dicatur de ipso bonum vel malum. Et hec pars vocatur senilis flegmatica defectiua ⁊ hyemalis. Et est recte comparatio quã auctor ponit hic sicut illa quã posuit in diuisione essentiali circuli. excepto qõ addit hic q̃ significant initium ⁊ mediũ ⁊ finez vite: ⁊ quid accidat homini post mortem eius. Postea dicit q̃ tota illa medietas que est a medio celi eundo p ascendens vsq̃ ad quartam domuz vocatur medietas ascendens. Et alia medias que est a quarta domo eundo per gradum occidentis vsq̃ ad mediũ celi vocatur ascendens. Et tota medietas q̃ est super terrã vocat dextra: ⁊ illa que est sub terra vocatur sinistra. Deinde dicit q̃ prima domus ⁊. 4. ⁊. 7. ⁊. 10. vocantur anguli. Et. 2. 5. 8. ⁊. 11. vocant succedentes angulis. 3. autem. 6. 9. ⁊. 12. vocantur cadentes ab angulis. Deinde addit quoddam notabile: ⁊ dicit cum planeta fuerit in angulo vel in succedente dicitur proficere: ⁊ si fuerit in cadentibus dicitur deficere.

Et vnaqueqz istarum domorū. Hic auctor ponit significationes proprias cuiuslibet. 12. domorū. Et tota ista pars pōt diuidi in quattuor: quorū in prima parte ponit significationes .12. domorum quantū ad esse hominū. In secunda parte ponit significationes domoruz quantum ad colores. In tertia parte ponit quasdam regulas que possunt dici amphorismi. In quarta parte docet eligere significatores. Prima incipit in principio. Secunda incipit ibi: significant: z .12. domus colores. Tertia ibi: z dicitur in significatione domorum. Quarta ibi: z cum volueris scire planetaz dominatorem rei. Prima pars potest diuidi in duodecim partes secundū qz ponit significationes .12. domorū: z vbi incipiunt patebit. Primo dicit qz vnaqueqz domus significat aliquid de esse hominū. Nam prima domus que incipit ab horizonte orientali que vocatur ascendens significat corpora hoium z vitam initia omniū operū in interrogationibus z locutionibus z rumoribus z ceteris talibus. Et significat cogitationē querentis scilicet qō querens hz in animo z significat principiū vite. Et dōs triplicitatis prime domus: primus significat vitam z naturā nati seu interroganris: z eius delectationes atqz voluntates quid diligat vel quid odio habeat: z quid boni vel mali accidat ei in initio vite. Et secundus dōs triplicitatis huius domus significat vitā z corpus z virtutez siue fortitudinē nati z mediū vite. Tertius dōs triplicitatis significat idem qz socij z significat p se finē vite. Et ista littera pōt colligi qz si primus dōs triplicitatis huius domus fuerit fortior alijs duobus erit prima pars vite melior: z sic de alijs duobus intelligas. Circa istam domū quedaz sunt notanda. Notandū est primo de intentione querentis qō dicit Ptolemeus in .94. propositione centiloquij. Locus fortioris significatoris in ascendēte est id qō est i animo interrogantis. Jōqz cūvolueris scire intentio nā q̄rentis: vide quis planetarū hēat plures fortitudinis i ascendēte in illa hora qñ venit ad te animo interrogandi: z vide in qua domo ex .12. domib⁹ sit ille planeta. z dicas ſm significationes illius dom⁹ in qua fuerit. Verbi gra. Pono qz ascēdens sit leo z sol hēat plures fortitudines in gradu ascendēte: z pono qz sol sit in .2. domo dico qz intentio sua est petere de substātia sua vel de lucro: vel de aliquo consimili. Et si sol fuisset in terra domo dixissem qz vellet petere aliqd de esse fratris vel fratrum z sic de alijs domib⁹ suo mō. Et si venies ad te tenuerit aliquā rem in manu sua vel alio modo eam occultauerit: z si volueris scire substantiam z naturā illius rei aspice planetā fortiorē in ascendente si aspexerit ascendens erit illa res de substantia signi ascendentis. Si nō aspexerit ascendens erit de substantia signi in quo est planeta. Si fuerit signum terreum: erit de natura terre vel aliqua res q̄ nascit de terra. Si fuerit signū aquaticū: erit aliqua res de nā aque: vl' q̄ nascit in aq̄. Si fuerit aereū: erit aliq̄ res de nā aeris. Si fuerit signū igneū erit aliq̄ res q̄ operat p ignē. Et si volueris scire colorez rei aspice dōm hore z ſm colorē illius iudica. De colorib⁹ planetaz dicet postea vbi loquet d naturis planetaz dño cōcedēte. Et si volueris scire virū res si noua vel antiq̄ aspice lunā: si fuerit sup terrā erit noua. si fuerit sub terra erit antiq̄. Et si volueris scire vtrū sit lōga vel breuis: aspice dōz termini grad⁹ anguli terre q si fuerit in auge sui circuli erit res lōga. Si fuerit in opposito augis erit breuis. Si in lōgitudinib⁹ medijs mediocris iter longū z breue. Hec ē ſnia Ptolemei in 90. ppōne cētiloquij. Cū aspexerit significator ascēdēs z ē. Dicit Haly Abenragel si aliqs q̄sierit a te de vita sua vtrū sit lōga vel breuis: aspice dōm ascēdētis z lunā. Si fuerit salui ab infortunis significāt lōgā vitā. Et si fuerint cōbusti vel infortunati significāt puā vitā. Notādū ē circa nutritionē. s. vtrū puer sit vitalē vel nō. Dicit Haly Abēragel qñ dōi triplicitatis luminaris tēporis vult dicere dōi triplicitatis signi in quo est sol si fuerit natiuitas diurna vel signi lune in natiuitate nocturna fuerint i ascēdēte: vel in .10. domo: vel .11. vel .5. est significatio bone ac leuis nutritionis. Et si fuerint in septima: significāt malā nutritionē: z anxiā atqz laboriosam. Qñ gradus ascēdens z luminare tpis dānati fuerint: significat qz nō nutrietur niſi dōi triplicitatis fuerint salui z firmi i angul. Qñ luna fuerit infortunata in ascendēte: nutritionē nō significat. Qñ luna fuerit in .4. domo iuncta corporaliter cū infortūa aut de q̄rta vel oppositōe aspicit infortunā significat qz nō nutriet z mater eius ē in periculo: aut forsitā morietur. Dicit Abrahā Auenezre. Si dōs ascendētis fuerit cōbustus natus nō viuet spaciū 8. dier. Portata fuit mihi natiuitas vnius pueri cuius ascendens erat virgo z ☿ Mercuri⁹ fuit in piscib⁹ in detrimēto suo retrograd⁹ z cōbust⁹. z ego credidi huic dicto z dixi qz puer nō viueret p octo dies z mortuus fuit in sexta die. Dicit Haly Abēragel: cōiunctio planetaz humanitatē nō significat. Vult dicere cōiunctio plurū planetarū in ascēdēte nō figit nutritionē. Et ponit ibi vnū exēplū notabile. Dicit vocauit me rex nostre ciuitatis: z vna ex mulieribus peperat filiū z fuit ascendens libra. 8. gradus terminus ☿ Mercurij: z fuerūt in eo Jupiter Venus ♂ Mars z ☿ Mercurius z cōuenit ibi vna societas astrologoruz z qlibet eorū suā opinionē dixit: z ego ta cui. Rex dixit mihi quid habes qz nō loqueris. Cui respondi date mihi terminū trium dierū: quia si filius vester trā fierit tertium diem erit de ipso miraculum magnū. Et quando natus cōpletas habuit .24. horas posuit se ad loquendum: z locutus fuit z fecit signum cum manu z rex multum expauescebat inde. Et dixit possibile esse qz diceret aliquā prophetiam: vel aliquod miraculum. Et rex tuit ad natū: z nos cum eo ad audiendum quid diceret. Et infans dixit: ego sum natus infortunatus z natus suz ad iudicandū amissionē regni z destructionem gentis almanam. Hinc statim cecidit natus z mortus est. De his qui moriuntur ante q̄s recipiunt cibuz dicit Ptolemeus in quadripartito. generaliter dico qz qñ aliquid luminare fuerit in aliquo angulorū z fuerit similiter aliqua infortuna participationē habēs cum eo in longitudine que sit cum eo gradu per gradū: vel ipsum aspiciēs in figura duorum alterum equalium. Nec habuerit cum eo fortuna participationem de figura. Et dispositor luminarium loci inuentus fuerit in locis planetaruz in fortunarum natus ille non recipiet cibum z morietur hora qua nascetur: Dicit abrahā cum fuerit cauda draconis in ascēdēte natiuitatis nat⁹ ille erit ceus z scōz distātiā ei⁹ a gradu ascendētis erūt āni. Verbi gra: si fuerit in .10. gradu ab ascēdēte cecabit in .10. anno. Electiones hui⁹ dom⁹ sunt inceptiones rerū. sicut icipere edificare vel aliqd cōsile. Dicit hyspalēsis in electionibus ꝑme dom⁹. Si scueris natiuitatē alicuius caueas in electione sua ne ponas signuz in ascendente in quo fuit infortuna in sua natiuitate. Si aūt ignorueris natiuitatē eligē scdam nām rei pro qua fit electio. verbi gra: si fit electio pro icipiēdo scribere aliquē librū fortificet mercurius. Si pro eundo ad belluz fortificet mars. Si fi pro edificādo ponat signū fixum in ascēdēte. Dicit idē hyspalensis

volens horã sanguinis minuendi eligere hac vt sit luna ī trino vel sextili aspectu martis: z caue ne sit coniuncta cum eo corpaliter vel in quarto vel in opposito eius. ¶ Et fac vt sit luna in signo humoris minuendi

Secunda domus. Hic auctor ponit significationes secunde domus. Et dicit q secunda domus significat substãtiã z victũ z auxiliatores z ministros z significat finẽ iuuentutis. Et Anduzgã dixit vide quis ex tribus dominis triplicitatis domus substantie sit fortior in se. i. in loco in quo est in figura z hñt facies significatorẽ substantie. Qui si fuerit in decima domo hẽbit substantiam a rege. Et si fuerit in domo fiducie. i. in vndecima erit melius. Alia littera hẽt si fuerit in domo fidei erit magis. Credo qõ prima littera sit vera. Domus enim fiducie est domus substantie regis. Et primus dominus triplicitatis dat substantiã in principio vite: qui si fuerit fortunatus erit natus dies in principio vite. secũdus dat substantiã in medio vite: qui si fuerit fortunatus erit natus dies ī medio vite: tertius dat substantiã in fine vite. qui si fuerit fortunatus natus erit dies in fine vite. Et similiter itellige de infortunijs eorũ ideſt si aliquis eoz fuerit infortunatus amittet natus substantiã in illa pte vite que ei attribuit. Dicit hyspalensis in canonibus huius dom⁹ considera virum dñs scẽ domus sit in ascendente vel dat vim suam domino ascendentis z nõ sit in domo lapsa si sic hẽbit lucrum sine labore. Et si econtra fuerit fit econuerso. Et si Jupiter fuerit in natali angularis vel sit in suo honore vel hẽat vim in ascendente vel consideret partem fortune: vel sit dñs domus solis in natali die: vel dñs domus lune in natali noctis: vel sit dñs horẽ nõ deerit nato census in vita sua: quia hic ideſt Jupiter est dñs substantie. Si vero dñs ascendentis aspiciat dominũ substantie vel suam domum vel partem fortune aspectu inimicicie destruet substãtiam manu sua propria. Si dominus ascendentis fuerit in secunda domo infortunatus dabit proprio velle substantiam suã. Si vero sit ibi planeta infortunatus qui nõ sit dñs ascendentis capietur ab ipso vi siue furto. Si capricornus sit ascendens natus erit cupidus z auarus: qz dñs ascendentis z dominas secunde sunt idem scilicet saturnus. Dicit Ptolemeus in canonibus huius domus res pertinentes ad lucra substantie quomodo erunt conuenit nobis pquirere a parte fortune solummodo quã scimus semper per id quod est inter solem z lunã z proijcitur ab ascendente in nascentibus de die z in nascentib⁹ de nocte. Juxta quod notandum est qõ pars fortune secundum Ptolemeum proijcitur hoc modo. subtrahatur verus locus solis a vero loco lune z quod remanserit cõputatur a gradu ascendẽtis z vbi numerus finitur ibi est partes fortune hoc mõ iubet Ptolemeus semp facere siue fuerit in die siue in nocte. De hoc prolixius dicetur deo cõcedente in expositiõe quinte differentie. ibi enim hz locus. Postea dicit Ptolemeus iudiciũ huius est istius manerici. Volo dicere accipe planetas gubernatores signi. Dicit ibi Haly qõ regula p quam scimus nati diuitias est accipere planetas gubernantes locũ partis fortune z ꝓpones illũ qui habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolemeus z qñ gubernatores partis fortune fortes z potentes fuerint: erit natus magnarũ diuitiarũ maxime si duo luminaria testificabuntur ibi testimonio cõcordato: id est aspectu trino vel sextili. Ptolemeus scias qõ Saturnus significat qõ diuitie nati erunt ex parte mulierũ: aut pro labore terre: aut p maria. Et Jupiter significat quod diuitie erunt pro senescalia vel pro donis bonorum z religiosorum. Et Mars significat quod diuitie erunt producendo milites: aut gubernando homines armorum. Et Venus significat quod diuitie erunt pro donis amicorũ z mulierum. Et Mercurius significat qõ diuitie erunt pro scientijs z mercimonijs. Dicit Haly abẽragel debemus in hoc primitus inspicere ad stellas fixas que sunt prime in scõe magnitudinis. Et si aliquã earũ inuenerimus in gradu ascẽdẽtis: vel in gradu decime domus: aut in gradu septime: aut in gradu quarte: aut in gradu solis si natiuitas fuerit diurna: vel ī gradu lune si natiuitas fuerit nocturna. Et melior horuz locorũ omniũ est gra. ascẽdens. deinde gra. 10. domus: deinde gradus septime: deinde quarte. Et si de ꝑdictis stellis fuerit in duob⁹ locis: vel in tribus: aut plurib⁹ si natus fuerit cum hoc de pgenie regis erit rex altus. Et si de pgenie regali nõ fuerit: habebit potentiã z mãdatũ simile potentie z mandato regis z pueniet ad magnam nobilitatem z altũ dñium z precipiet ciuitatibus villis z genti. Et scias qõ stelle fixe. s. primi honoris eleuant hominẽ ad altuz gradum z magnam dignitatẽ z permutãt de infimo ad supremum. Hoc idem dicit ptolemeus in. 29. ppositione centiloquij. stelle fixe dant dona modum excedentia: sed multotiens finiunt in malum. Dicit Haly in cõmento eiusdem propositionis cum he stelle sole prefuerint: ideſt sine testimonio fortunarũ planetarum erit mors illorum mors pessima. Dicit Haly Abenragel quando pars fortune fuerit cadẽs: z in malo loco: vel fuerit sub radijs solis: aut in radijs infortune z dominus eius in loco peregrino ideſt in loco in quo nullam habet dignitatem z dominus secunde domus non aspexerit ascẽdens: natus erit laboriosus z pauper z anguſtia z miseria vita viuet. Non est bon⁹ sol neqz mars neqz saturn⁹ in secũda domo in aliqua natiuitate nec inde natus bonũ hẽbit: qm̃ sol distruet planetas: z aufert eis lumẽ: z mars est significator impedimentorum laborum z defectus substantie. Saturnus significat paupertatez z indigentiã z peius hoc toto est si dñs dom⁹ substantie fuerit cõbustus cũ dãnatione ptis fortũe. Dicit abrabã auenezre si volueris scire quis nascentiuz fuerit pauper vel dives aspice dñum secunde domus qui si fuerit fortunatus erit dives: si cõbustus vel retrograd⁹ vel in casu suo erit pauper: sicut dictuz est in natiuitatib⁹ ita intellige de questionib⁹. De electionibus que fiunt in hac domo dicit hyspalensis si volueris emere aliquaz rem causa lucrandi aspice vt sit luna in aspectu trino vel sextili soli: z causas ne sit sub luce Solis: z melius est: vt dominus ascendentis det vim planete existenti in decima vel vndecima domo: ita quod recipiens non sit retrogradus. Si Jupiter sit in ascendente quartadecima vel vndecima vel secunda domo bonũ est. Aspice etiam vt sit pars fortune in bono loco z melius est vt dominus partis eam aspiciat vel Luna vel Sol.

Tertia domus. Hic ponit significationes tertie domus: z dicit quod tertia domus significat fratres z sorores propinquos z cognatos z dilectos: z significat fidem ac religionem mandata z legationes mutationes: z itinera breuia. Et significat esse vite ante mortem. Et dicit Anduzgaz dominus triplicitatis huius tertie domus primus significat fratres maiores. Secundus mediocres. Tertius minores: z eorum status z dignitas iudicatur secundum status istorum dominorũ. Dicit Haly Abenragel quando sol fuerit dominus tertie domus ab ascenden

te ⁊ cõbusserit dominus secunde domus aut partem substantie significat quod natus perdet substantiã occasione fratruz: ⁊ soluet pro eis impositiones amissiones ⁊ damna multa. Quando dominus tertie domus ⁊ pars fratruz vel Jupiter fuerint in signis communibus vel signis multorum filiorum ⁊ fortune aspexerint eos aspectu amicicie: ⁊ cum receptione: significat quod natus ille primogenitus est a fratribus suis: ⁊ quod habebit fratres potentes ⁊ bonos. Si dominus domus fratrum fuerit combustus aut pars fratruz fuerit combusta vel si sol fuerit in domo fratruz: aut in oppposito Jouis: he sunt significationes paucorum fratruz ⁊ quod destruentur ⁊ expergentur. Quando dominus domus fratruz infortunatus fuerit super terram: significat quod damnuz ⁊ occasio perueniet in fratribus qui fuerint ante eum. Et si habuerit istud infortunium eo existente sub terra malum: ⁊ damnum istud perueniet ad fratres qui erunt post euz. Et hoc modo dices in bono ⁊ fortuna quando fortunatus fuerit in locis bonis ⁊ fortibus. Si dominus domus fratrum fuerit in ascendente: significat natum esse primogenitum: vel erit solus sine hoc quod vnquam fratres habebit vel sorores: vel quando inter ascendens ⁊ medium celi non fuerit aliquis planeta significat similiter qõ natus est primogenitus. Et si aliqui fratres nascentur post eũ perdentur. Et si forte aliquis ex eis remanserit semper tamen erit maior ⁊ melior. Quando in aliqua reuolutione annoruz: nati fuerit dominus tertie domus in decima ab ascendente natiuitatis aliquis fratruz eius morietur in illo anno. Similiter si dominus tertie radicis natiuitatis fuerit in decima domo reuolutionis: hoc est ideo quia decima domus ab ascendente est octaua a domo tertia. Si aliquis quesierit a te de statu fratris sui aspice signum tertium ab ascendente que est domus fratrum ⁊ dominũ sue triplicitatis ⁊ dominum illius domus ⁊ que ex fortunis vel infortunis aspicit ipsum ⁊ in quo loco est: quia si inueneris dominũ tertie domus in sexta domo vel applicantem domino sexte domus: aut dñm sexte in tertia. dicas quod frater eius est infirmus. Et si ipsum inueneris in quinta vel .11. dicas quod frater eius non est in loco suo: quia fuit extra locũ suuz. Et si inueneris dñz tertie domus infortunatũ: aut in .12. dicas quod frater eius est in axietate aut in infirmitate. Et si inueneris dominũ tertie cum ☽ parte ambos coniunctos ⁊ cõbustionem intrantes sub radijs solis. dicas quod non euadet ab infirmitate. Et si ambo cõbusti fuerint iudica modis omnibus mortem. Et hoc modo inspicias si interrogatus fueris in rebus pertinẽtibus ad alias domus vt de patre vel filio vel vxore ⁊c. Dicit hyspalensis volens incipere proximuz iter fac vt planeta fortuna aspiciat domum tertiam vel eius dominum ita quod non sit ibi malus vel eius quartus aspectus vel oppositus. Si est luna in tertia domo bonũ est. Lancer Leo ⁊ Capricornus mali sunt pro breui itinere. Luna in ascendente vel in quarta domo in omni electione malum. Cauendum est ne Luna sit in via combusta que est a .19. gradu libre vsq; ad tertium Scorpionis. Cauendũ est etiam ne sit luna prope caput vel caudam draconis infra .12. gradus.

Quarta domus.

Hic ponit significationes quarte domus. Et dicit q; quarta domus significat patres ⁊ hereditates ⁊ fines reruz: ⁊ significat thesauros ⁊ omnes res occultas ⁊ absconditas: ⁊ sigt finez vite. Et dicit anduzgaz dñs triplicitatis quarte domus primus significat patres. secundus significat ciuitates ⁊ terras. tertius significat finem rerum ⁊ carceres. Dicit Haly abenragel. Aspice statuz patris a dominis triplicitatis quarte dom⁹. Si dñs triplicitatis quarte domus primus fuerit in domo vel in exaltatione sua: aut in suo haim receptus a sole vel Joue ⁊ fuerit in alto loco medij celi vel in quinta domo significat bonum statum patris nobilitatem altitudinẽ ⁊ diuitias posse ⁊ longam vitaz ⁊ bonaz fortunam ⁊ hoc si signum in quo fuit hic planeta fuerit masculinuz: tamen si signum ipsum fuerit femininuz significat matri ea que diximus: ⁊ maxime si planeta fuerit femininus. Quid sit haim exponetur postea deo concedente. Et si secundus dñs triplicitatis quarte domus fuerit fortunatus pater habebit terras ⁊ populabit eas ⁊ laborabit in eis ⁊ habebit ex hac parte bonã vtilitatem aut lucrum. Et si fuerint hi planete in esse diuerso seu contrario contrariuz iudica. Et si dñs triplicitatis quarte dom⁹ tertiꝰ fuerit fortis ⁊ fortunatus vt ꝓdiximus: pater erit homo qui extrahet thesauros ⁊ vineas incidet: ⁊ aptabit lapides preciosos. Et si fuerit in diuerso statu ab eo quod diximus erit incisor lapidum vel laborabit in materijs malis ⁊ fetentibus. Si sol in natiuitatibus diurnis vel saturnus in nocturnis. Et pars patris similiter aspexerint ascẽdens vel eius dñm de quarto vel oppositione significat q; pater nati filiuz abhorrebit ⁊ odiet eũ ⁊ procurabit vt interficiatur. Et si luna ⁊ pars matris aspexerint ascendens vel eius dominũ abhorribilitas illa ⁊ maliuolentia in filium erit a matre. Dixit hermes quarta domus est fouea planetarũ quoniaz est in fundo circuli celi ⁊ infirmitate: ⁊ est in trino aspectu .12. domus. que est domus tenebrarum laborum anxietatũ ⁊ carcerum: ⁊ est gaudium infortune maioris: ⁊ est in sextili aspectu sexte domus que est domus tenebrosa infirmitatis ⁊ damni ⁊ gaudium infortune minoris. Quando aliquis planeta fuerit in quarta domo ⁊ in suo casu est sicut homo i solitudine soffocatus donec exeat inde. Dicit Haly abenragel quando pars fortune fuerit infortunata in signo masculino iudica quod pater prius morietur quam mater. Si in signo femenino mater prius morietur quam pater. Pars patris accipitur de die a sole in saturnum ⁊ de nocte econtrario ⁊ proijcitur ab ascendente. Pars matris accipitur in die a venere in lunam ⁊ de nocte econtrario ⁊ proijcitur ab ascendente. Si dominus partis patris fuerit super terram ⁊ dominus partis matris sub terra iudica q; mater prius morietur q̃; pater. Et si contrarium fuerit contrarium iudica. Dicit Haly abenragel dixit alhezen filius alhezib. Quadam die cum esset cũ abolabẽ ⁊ fuit cum eo meraefo venit ad me quidam senex ⁊ dedit mihi chartam vnam in qua scripta erat vnius natiuitatis figura. ⁊ dixit mihi quod aspicerez in eadem figura: ⁊ ego quesiui ob eo cuius erat illa figura seu natiuitas. qui respondit quod erat cuiusdam filij sui ⁊ dum inspicerem ⁊ cogitarem in ea abolabẽ accepit eam de manu mea ⁊ aliquantulum aspexit in ea ⁊ dixit. Primum q; in hac natiuitate videmus est q; natus iste ortus est de adulterio quia non est filius illius qui dicit q; filius eius est. Ego dixi vnde habes hoc ⁊ respondit senex iste dicit quod hec natiuitas est filij sui ⁊ pater nati cuius est hec natiuitas iam sunt quattuor anni q; decessit ⁊ obijt eodem anno quo natus ortus fuit. Et ego quesiui vnde habebat hoc: ⁊ ipse dixit: ego aspexi ad gradum patris ⁊ inueni eũ in oppposito matris ⁊ nõ erat inter eos plus vno gradu. Et inueni partem patris in .11. domo ab ascendente que est octaua ⁊ quarta ⁊ erat

inter partem ⁊ saturnum vnus gradus propter quod iudicauit q̄ pater huius nati anno quo natus fuit ortus decessit.⁊ hic senex dicit q̄ō est filius eius vnde natus adulterinus est:⁊ tunc senex dixit:ego non sum pater huius nati sed est filius filij mei ⁊ filius meus pater eius decessit eodem anno natiuitatis istius sicut hic homo bonus dixit.

Quinta domus. Hic ponit auctor significationes quinte domus.Dicit q̄ō hec domus sig̃t filios tam masculos q̄z femininos.Et sig̃t dilectiones ⁊ legatos siue nuncios ⁊ dona.Et q̄ futurum sit post mortē ex laude vel vituperatione.Et dixit anduzgam quod dñs triplicitatis domus filiorum primus significat filios ⁊ vitam eorum.Secundus designat dilectiones.Tertius significatlegatos siue nuncios.Dicit Ptolemeus in rationibus huius domus conuenit vt inspiciamus ad planetas existentes in loco zenith capitulum nostrorum ⁊ ad locū qui sequit illum.⁊ est locus fortune ⁊ ad locum participem cū illis in figura.Dicit Haly in cōmento locus qui est zenith capitum nostrorum est.10.domus.⁊ locus qui sequitur est.11.domus que est domus fortune.Et regula qua sciemus esse filiorum est accepta a planetis existentibus in his locis aut existentib⁹ in locis participantibus cū eisdem sicut est ascendens ⁊.7.domus quia vtraq; earum participat cū.10.⁊.11.Et si non inuenerimus in his locis planetam inspiciemus si quos inuenerimus in.4.domo.vel.5.⁊ accipiemus inde significationē.Dicit Ptolemeus ⁊ luna venerem ⁊ Jouē iudicabimus in dando filios.Solē martem ⁊ saturnum in auferendo ⁊ dabimus mercurium participatorem cū quocūq; eorum qui se cum participet figura dicit Haly in cōmento.Si fuerit in locis predictis aliquis ex planetis fortunis significat q̄ habēt filios.Si aliquis ex infortunis nullum habebit filium ⁊ si habuerit erunt debiles ⁊ pauci.Et si mercurius participationem habuerit cū fortunis erit fortuna:si cum infortunis erit infortuna.Dicit Ptolemeꝰ ⁊ est ꝓpositio.144.quarte partis res particulares filiorum poteris scire per cōsiderationez q̄ bene inspexeris in quolibet eorum ad planetam dantem filios ita quod eum ponas loco ascendentis ⁊ scies cetera particularia filiorum generaliter sicut per natiuitatez.Dicit Haly in cōmento.Quod autem vult Ptolemeus in hoc loco narrare est id quod accidit in natiuitate mea.Inspexi ⁊ inueni Jouē in decima domo ⁊ in.28.gradu capricorni aspicientē se cū luna ⁊ saturno ⁊ significabat hoc q̄ haberē filios ⁊ quod morerentur:q⁊ saturnus erat cū Joue in.10.domo.⁊ quia Jupiter erat in signo femenino ⁊ luna sil̄r significabat q̄ō essent plures vno ⁊ q̄ essent plures femine.Et q⁊ Jupiter erat orientalis:significabat q̄ haberem masculū ⁊ sic habui tres filios.vnum masculū ⁊ duas feminas:⁊ omnes obierunt:erat autē gradus ascendens natiuitatis masculi circa gradū saturni in mea natiuitate ⁊ propter hoc mortuus est cito.Et erat gradus ascēdens vnius femine in piscib⁹ in sextili Jouis in mea natiuitate ⁊ in trino lune mee natiuitatis:⁊ erat sol hylech in signo capricorni.Et erat gradus ascēdens alterius femine in capricorno.⁊ hoc est mirabile:pp q̄ō sciri pōt q̄ natiuitates semp inter se concordant vna cū illa.Dicit hyspalensis volens horā generādi filū eligere masculū:sit Jupiter in quouis angulo vel sit soli orientalis sitq; dominus horē masculus ⁊ melius est vt signum ascendens sit masculinum ⁊ etiam eius dominus ⁊ si luna sit fortunata a Joue erit melius.Pro femina accipe signa femenina ⁊ planetas femininos ⁊ sit Jupiter occidentalis.Dicit Haly abenragel q̄ñ in quinta domo fuerit aliqua fortuna ⁊ dñs gnte domus liber ab infortunijs ⁊ aspexerit medium celi natus multos hēbit filios ⁊ viuent ac ibunt ad bonuz.Et si fuerit contrarium:cōtrarū significat.Aspice in oibus natiuitatibus si inueneris luminaria infortunata non habentia vllum aspectum:fortune natus habebit paucos filios.¶In sciendo tēpus in quo habentur filij aspice ad planetas qui habuerit plures dignitates in domo filiorū.si eū inueneris in parte orietali hēbit filios in iuuentute sua.si eū inueneris medio celi hēbit eos in medio etatis sue.Et si in septima hēbit eos in principio senectutis.Si in q̄rta hēbit eos circa finez vite sue.Sil̄r q̄ñ annus puenerit ad signū in quo fuerit Jupiter velvenus in radice natiuitatis hēbit filiū in illo anno.Dicit Haly aberagel si iterrogatus fuerit ꝓ muliere si est ꝓgnans aut nō aspice si dñm ascēdētis ⁊ lunā ambos inueneris in domo filioꝝ:aut si inueneris dñm dom⁹ filiorū in ascendēte liberū ab infortunis:dicas q̄ō mulier illa sit ꝓgnans.⁊ si dñs ascēdētis aut dñs domus filiorū dederit vim suam planeta exiteti in angulo.Et sil̄r si dñs ascendentis receptus fuerit ⁊ recipiens ipsum receptus.dicas q̄ō est pregnans.Et si dominus ascendentis dederit vim suaz planete cadenti ab angulo:significat quod non est pregnans.

Sexta domus. Hic ponit significationes.6.domus.Dicit ⁊ significat finē vite ⁊ q̄d futurū sit ante senectutē.Dixit anduzgam q̄ primus dñs triplicitatis huius dom⁹ significat infirmitates ⁊ cōualescētias siue deteriorationes infirmitatū.Scōs sig̃t vernaculos ⁊ seruos.¶Nota dīā inter vernaculū ⁊ seruū.vernaculus enim idē est q̄ famulus ⁊ vocatur seruus cōductitius.seruꝰ est qui est ꝑditionis seruilis.Unde dixit quidāversificator.Est ꝑbꝰ hic verna cui nō est cara taberna.tertiꝰ dñs triplicitatis sexte domus sig̃t q̄d boni vel mali eueniat sibi ex seruis ⁊ eorū vtilitatē atq; opa.Et cū hoc est significator bestiarū ⁊ pecorū ⁊ oiuz quadrupediū q̄ nō equitant ⁊ sig̃t multitudinē vel paucitatē ⁊ fortitudinē eorū ⁊ quātū manebūt in manu eiꝰ ⁊ q̄ñ recedēt a suis manib⁹.sig̃t et carceres ⁊ retentiones.Dicit Ptolemeꝰ in.60.ꝑpōe centiloquij.Alboharā sane ⁊ certe sunt hore in q̄b⁹ declarant mutationes morboꝝ ad bonū vel ad malū velociter ꝑz loca lune in angulis q̄drati cōclusi a circulo directo.Alterationes vō q̄ ꝑcedūt has ⁊ indicant sunt vera loca lūe i angulis almutemō.Que āt ꝑcedūt has sunt loca lūe i angulis hñtib⁹.16.latera.Et hoc postq̄ ꝑcesserit eē egritudis ꝑz eq̄litatē ⁊ nō acciderit aliqd extrinsecus q̄ conturbet infirmū.cū igit̄ inuenerimꝰ ḃ fortunā tā de fixis q̄z de erraticis significabit alterationē ꝑsperā.Si vero in fortunā alterationē aduersaz nisi fuerit egritudini ipsa ifortuna cōtraria ⁊ in suo hatm.Luna vero in his angulis sig̃t morbos acutos ⁊ sol prolixos.Et sil̄r omnis planeta ꝑm proprias cōsuetudines.¶Haly in cōmento eiusdē dicit q̄ Ptolemeus docuit nos cām dierū determinabiliū ⁊ q̄d sint ⁊ q̄ñ determinent de bono vel de malo ⁊ alterationes ꝑm ordinem.Utilitas vero in hoc maior est medicis q̄z astrologis.⁊ hoc ideo quia multi ꝓbi cōueniunt sup determinationes dicentes q̄ sunt alterationes ⁊ ꝑlia inter nāz egri ⁊ morbi acuti in q̄rta die ⁊ septima die ⁊.14.die ⁊.21.⁊ que augētur ꝑm hoc accepta solo auditu ⁊ doctrina sine scientia.⁊ nō rationant in hoc nisi ꝑ illud q̄ preterijt de experimentis suis.Sed Ptolemeus dixit cām eius

z patefecit vñ fiat.z cã hz Ptolemeũ est qz nã deuicta est a morbo in initio et z prohibet eã ne procedant eius opa ſm equalitatẽ nec repugnat illa morbo in hora qua vincitur:sed expectat vt sit luna in cõtrario loco illi in quo fuit in ꝑn° morbi:qz tũc nõ erit vis humorũ g mouenẽ in eo ſicẽ fuit in ꝑn° morbi.tũc enim incitat vt repugnet illi sicut nõ agit prudens actor cũ accusato insipiente cũ voluerit illi repugnare nisi cũ eius virtus debilitata fuerit z in illo loco in quo careat auxiliatoribus.Et excitat illam.s.naturam in quarto signo a signo in quo incepit egritudo z luna existente in illo quia ab omni signo quartum contrarium est nature eius:z similiter septimum:quia hec loca:scilicet quartus aspectus z oppositus significant inimicicias z contrarietates.Et tempus quod est inter initiũ morbi z introitũ lune in gradu quadrati in quo fuit in initio morbi per ascensiones signorũ in circulo directo z protectiones radiorũ sunt septez dies:z eodem modo quod est inter lunam in initio morbi z ipsam in oppositione sunt.14.dies:z quod est inter initium morbi z quartũ aspectũ ſm qui est contrarius initio morbi sunt viginti vnus dies.z ſm hunc modum procedit modus aliorũ dierũ.Et erunt hec puncta anguli quadrati quẽ includit linea circuli directi:z illis punctis alia puncta sunt indicatiua:est vt perueniat luna ad punctum qui abscindit vnumquẽq arcum cui subtenditur latus de lateribus quadrati per mediũ.Et in his arcubus sunt latera figure habentis octo angulos.Et omnia hec puncta cõtraria sunt punctis in qbus incepit morbus per nãm.Igitur obseruet astrologus quid fuerit in his punctis tam de stellis fixis quã de erraticis siuefuerint fortune siue infortune.Et si fortune fuerint iudicet qđ significãt victoriã nature super colera,infortune vero significant quod colere seperabunt naturam nisi fuerit infortunata contraria morbo z fortis in suo haiz.non enim fortunabit lunam cum fuerit in suo haiz.sed remouebit morbuz per hoc quod est illi contraria:z per hoc quod infortuna est cõtraria morbo vt si fuerit frigida z morbus calidus:z si fuerit calida z morbus frigidus z cum his similibus in specie diuersitatum.Et dicit quod esse solis in morbis prolixis fit sicut esse lune in morbis acutis quorũ maius tempus erit orbis lune z in prolixis orbis solis.Innuit etiam nobis Ptolemeus subtile quid:cum diceret omnis stella secundum quod est illi de moribus.Docuit quippe nos quod quicquid immoderatum est in nobis z fuerit in moribus quos in consuetudine non habemus dicitur pro morbo.Et dixit iustũ est hoc nisi accidat aliquid extrinsecus quod disturbet ordinez determinationis:z locuti sunt dere que destruit determinationez hi qui exposuerunt libũ amphorismorũ ypocratis:z ideo non necesse est nobis recitare in hoc libro.Tota intentio Ptolemei z Haly stat in hoc qđ causa quare.7.dies.z.14.z.21.sunt dies cretici est quia luna in septima die vt frequenter venit ad quartuz aspectũ loci in quo fuit in principio morbi:z vt frequenter luna.14.die venit ad locuz oppositum z in.21.die vt frequenter venit ad secundum quartum aspectuz.Ideo dicit Haly cum voluerit astrologus iudicare de die cretica debet obseruare tẽpus quo luna veniet ad quartum aspectum loci in quo fuit in principio morbi z si tunc contingatur cuz planetis benuolis:vel aspiciat ipsos aspectu laudabili:vel si contingatur vel aspiciat stellas fixas que sunt de natura fortunarum significat ꝙ crisis erit ad bonum.Et si contingatur vel aspiciat infortunas significat contrarium nisi infortune fuerint contrarie materie morbi:z cũ hoc fuerit infortuna in suo haim:quia tunc potest significare bonum:sed hoc est per accidens.Verbi gratia:si egritudo sit flegmatica z luna aspiciat martez significat bonum.Et quando luna peruenerit ad bonum locum cui subtenditur latus octogoni in equatore erit dies indicatiua.Latus octogani sunt.45. gradus.z est medietas aspectus quarti.z licet non sit aspectus habet tamen morem conuenientiam cum aspectu ☌ alia loca:z ideo quando luna in quarto aspectu debet coniungi fortunis cum in mediatate illius loci peruenerit tam natura sentit iuuamentum z incipit insurgere contra materiam morbi digerendo ipsam:z ideo tunc apparent signa digestionis in vrina.z aliquando fit crisis in quarta die:scilicet quando luna inuenit ibi planetam fortunã:z tunc signa digestionis debent precedere in tempore quo luna peruenerit ad locuz cui subtenditur latus.16.angulorum z hec est medietas octogoni.Sufficiant hec de causis dierum creticorum.Dicit Ptolemeus in.70.propositione cenu loquij cum fuerit luna in oppositione solis mixta stellis nebulosis significat morbos inseparabiles in oculis.Et silr si fuerit occidentalis luna z in angulo z fuerint vtriq mali occidẽtales ascendẽtes post lunã z sol in angulo z vtriq mali ascendentes ante solem z illi oppositi.s.vnus alteri perdet natus vtrunq oculum.¶Dicit Haly in cõmento eiusdẽ.maius impedimentũ in duobus luminaribus est cũ fuerint duo mali.i.saturnus z mars ascendentes ante solez z post lunã:z vnus eorũ in oppositione alterius.z sol significat oculũ dextrum. luna vero sinistrum.Et inuitabile est quin netus amittet vtrũq oculum cum fuerit significator in eius natiuitate hoc modo.Stelle vero nebulose sunt he achorave:caput geminoꝝ:z locus in quo cadit aqua quã fundit aquarius gutte leonis z alie que nõ lucent.Dicit Haly Abenragel in rõnibus huius dom° primitus loqui volumus in hoc capitulo in occasionibus z accidentibus que accidunt in spiritu z sunt infirmitates spiritus.Postmodum loquemur in his que accidunt in corpore z sunt infirmitates corporis.Postea dicit dico qꝙ demoniaci sunt illi qui non habent in natiuitatibus suis.Mercurium cum luna in aliquo aspectu:nullo eorũ aspiciente ascendens:z fortior in natiuitate sua si diurna fuerit qꝙ si saturnus:z si nocturna Mars:z quis eorũ fuerit fit in angulis z hec est natiuitas demonum.Quãdo sol dãnatus fuerit ab infortunis vel a domino domus infirmitatis z fuerit super terram in natiuitate diurna vel luna in tali dãnatione sub terra in natiuitate nocturna accidet nato cecatio in oculo dextro.Et si hoc infortunũ solis fuerit sub terra in natiuitate nocturna vel super terram lune in natiuitate diurna istud damnum z cecatio erit in oculo sinistro.Quando sol z luna fuerint ambo in sexta domo infortunati natus sine aliqua dubitatione cecabitur.Quando Mercurius fuerit iunctus cũ saturno vel in eius aspectu quarto vel oppositu:aut fuerit cadens ab angulo in loco vili z infortunato:aut cõbustus fuerit vel retrogradus:aut peregrinus i signo muto natus ex quacunq harũ significationũ erit lingua damnatus vel mutus.Quando Mercurius fuerit dñs sexte domus:vel in oppositione saturni natus surdus erit Mator z fortior significatio mutitatis est quãdo dñs ascẽdẽtis z dñs exaltationis sue:z dñs triplicitatis eius:z Mercurius z luna sint omnes in signis mutis.Quando sol fuerit infortunatus vel damnatus sub terra significat damnationem stomachi.Et quando luna fuerit damnata sub terra significat damnationem pulmonis.Et si Mars fuerit hoc modo:signifi-

cat dānationem epatis. Et si Saturnus hoc modo fuerit: significat damnatio/
nem splenis. Et si Mercurius hoc modo fuerit: fellis damnationez significat.
Dicit Ptolemeus in. 89. propositione centiloquij detestabilius in significatio
ne egrotantis est vt sit significator interrogationis ingrediens sub radijs vel
sit pars fortune infortunata. Dicit Haly Abenragel in questionibus huius do
mus si queretur a te pro aliquo infirmo vtrum sanabitur aut non: aspice lunaz
z solem z almutem ascendentis: z si fuerint liberi ab infortunis z non habue
rint aspectum cum domino domus mortis. dic q̄ euadet ab illa infirmitate. Et
si duo eorum fuerint sicut diximus similiter euadet. Et si luna z almutem ascen
dentis: z maxime si ipsa fuerit domina temporis. i. si questio fuerit nocturna
habebunt aspectum cum domino domus mortis non poterit liberari a mor/
te. Et qualibet vice qua aliquis significatorum applicuerit infortune fortifica
bitur infirmitas quousq̄z speretur ab eo. Tempus mortis erit quando almu/
tem ascendentis: aut luna se coniunxerint cum domino domus mortis: aut cuz
infortuna que ipsam infortunauit: aut q̄ applicet ad quartum vel oppositum
aspectum eius.

Septima domus.

Hic ponit significatiões septime do
le quinti ordinis quarū quelibet continet terrā. 37. Post ipsas sunt stelle sexti
ordinis z minor illarū. immo minor oīuz que videnf: quartū probatio est pos/
sibilis cōtinet terrā. 18. Maius corpus post ipsas est mars. post martem terra:
post terrā venus: post venerē luna: z vltimo mercurius. Patet igitur secundū
alfraganū q̄ maius oīuz corporū est sol z minus mercurius exceptis generabi
libus z corruptibilib⁹. De longitudine istorū corporū a terra dicit alfraganus
q̄ propria longitudo lune a terra est. 33. mīa quantū dimidiū diametri terre z.
20. pars eius: eritq; hoc 10412. miliaria. Et est longitudo longior lune que est
propria longitudo mercurij sexagesies: quater mīa quantuz dimidiū diametri
terre z. 6. pars eius q̄ō est. 208542. miliariorū. Et longitudo longior mercurij
que est propria veneris est centum sexagesies septies mīa quantum dimidium
diametri terre q̄ō est. 542750. milliariorum. Et longitudo veneris longior que
est propria longitudo solis est millesies z centies z vigesies mīa quantū dimi/
diuz diametri terre q̄ō est. 3640000. miliariorum. Et longitudo solis longior
que est propria longitudo martis est. 1220 tantum quantū semidiameter terre
quod est. 3965000. miliariorū. Et longitudo martis longior que est longitudo
iouis propria est. 8876. mīa quantum semidiameter terre q̄ō est. 28847000. mi
liariorum. Et longitudo iouis longior que est propria longitudo saturni est.
14405. mīa quantū semediameter terre q̄ est. 46816250 miliariorum. Et lon/
gitudo saturni longior que est equalis longitudi stellarū fixaruz z est quātitas
dimidij diametri circuli signorū est. 20110. mīa quantum semidiameter terre q̄ō
est. 65357500. miliario. Et cū duplicatum fuerit hoc proueniet quantitas totius
diametri circuli signorum idest octaue sphaere que est. 130715000. miliario/
rum. Et cum multiplicatum fuerit hoc per. 3. z septimam vnius proueniet quā
titas circunferentie circuli signorum vel cuiusq; alterius circuli maioris de/
scripti in octaua sphaera que est. 410818570. miliariorum: eritq; mensura vni
uscuiusq; gradus circuli maioris. 1141160. miliaria.

De ordine vero planetarum. Hic ponit ordi/
nem planetarū in conceptionibus puerorum scilicet ordinem in gubernando fetuz
q̄diu est in vtero matris. Dicit q̄ saturnus gubernat ipsuz ab hora conceptio
nis vsq; ad finem vnius mensis. In secundo mense gubernat ipsuz Iupiter. In
tertio mars. In quarto sol. In quinto venus. In sexto mercurius. In septimo
luna: z propter hoc vt dicitur puer in septimo mense petit exitum: quia opera
omnium planetarū sunt in eo completa: z qui tunc nascuntur pōt viuere pro/
pter eandem cām. Deinde reuertitur gubernatio ad saturnū z gubernat ipsuz
in octauo mense. z tunc qui nascuntur non viuunt pp malitiam saturni. Dein
de gubernat ipsum Jupiter in nono mense: z tunc cōmuniter nascuntur z vi/
uunt propter bonitatem iouis. Deinde ponit ordinem planetarum in regimi
ne corporis post natiuitatem quantum ad processum in etatibus: z dicit q̄ lu
na incipit natum regere ab ingressu eius in mundum: z regit ipsum quattuor
annis qui sunt anni nutritionis. Deinde mercurius regit ipsum decez annis.
Deinde venus octo. Deinde sol nouez. Deinde mars. 15. post hoc Jupiter. 12.
Deinde saturnus vsq; ad finem vite.

caput draconis. Hic ponit naturam capitis z caude draconis
z patet.

Si autem fuerit aliqua dies. Hic ponit ordi/
nem planetaruz quantū ad dīm dieruz z horarū. Dicit q̄ aliqua dies sit alicuius pla
nete. prima hora illius diei ꝑm q̄ prima hora icipit ab ortu solis est illius met
z secunda hora est planete qui succedit in ordine celorum descendendo. z ter
tia tertij planete in ordine: z sic per ordinem vsq; ad finez. 12. horarū diei artifi
cialis. Et ille planeta cuius est. 13. hora ille est dominus illius noctis: z cuius
est. 25 hora: scilicet prima hora diei sequentis illius est dies sequens. z auctor
ponit exemplum in littera. ideo non est necesse vt ponaz. z sic completa est ex/
positio secunde differentie huius libri.

Et quia annuente deo. Ista est tertia differentie huius libri in qua auctor determinat de esse planetarum in semetipsis z de esse eorum adinuicez scilicet vnius ad alterum Et diuiditur in duas partes quoniaz in prima determinat de esse eorum in semetipsi. In secunda parte de esse eorum adinuicez. secunda est ibi. De esse autem ipsorum adinuicem. Et illa diuiditur in duas: quoniam primo determinat de esse quinqz planetarum respectu luminarium. Secunda de esse eorum inter se. secunda ibi: esse autez Primo determinat de esse eorum in se ipsis. Et est sententia littere talis Planete aliquãdo dicuntur ascendentes z aliquando descendentes z aliquãdo dicuntur aucti lumine z magnitudine: z aliquando diminuti lumine z magnitudine. Et quando dicuntur aucti numero z quandoqz diminuti numero. Et quãdoqz dicuntur aucti motu z quandoqz diminuti in motu. Et omnes planete preter solẽ dicuntur quãdoqz septentrionales z quandoqz meridionales. Et dicuntur ascendentes z descendentes in septentrione z meridie. Ista sunt que accidũt planetis in semetipsis. Et ista exponit auctor per ordinẽ in littera dicens qz planeta quandoqz ascendit in circulo suo eccentrico ita qz sit in supertor parte eccentrici sui nõ distãs ab auge per. 90. gradus ante vel retro z tunc lumen eius apparet minus z etiã apparet minor in quantitate z eius cursus est tunc tardus quantum ad motum centri epicycli z dicitur tunc fortior. Quando autem est aliqua longitudinum mediaruz eccentrici sui. scilicet distans ab auge per. 90. gradus precise tunc est equalis in lumine z magnitudine z cursu idest non dicitur magnus neqz parvus in lumine vel magnitudine z motus centri epicycli est equalis cũ medio motu ipsius. Cum vero fuerit extra hec loca scilicet distans ab auge plus. 90. gradibus ante vel retro tunc descendit z apparet maior lumine z magnitudine z mouetur centrum epicycli tunc velocius qz medius motus ipsius. Et cuz fuerit argumentum planete equatum minus. 180. gradibus scilicet quãdo additur equatio argumenti super medium motum tunc dicitur auctus numero. Et si argumentum equantum fuerit plus. 180. gradibus. s. quando equatio argumenti subtrahitur a medio motu tunc dicitur numero diminutis. Sed in luna quando additur equatio dicitur aucta numero: quando subtrahitur dicitur diminuta numero. Et quando aliquis trium planetarum altiorum mouet velocius medio motu suo vocatur auctus motu: z quando. vadit minꝰ medio motu suo vocatur motu diminutus. Eodez modo intelligitur de sole z luna. Et quando mouetur tantũ qz̃tum medius motus suus tunc dicitur motu equalis. Et quando venus vel mercurius mouetur velocius qz̃ sol dicitur auctus motu quãdo tardius dicitur motu diminutus. Et qñ aliquis planetarũ. 6. transiuerit. nodum intersectionis deferentis sui cum eclyptica qui nodus vocatur genzahar est septentrionalis. Et est septentrionalis ascẽdens idest augens latitudinem quousqz elongatus fuerit ab intersectione per. 90. gradus. Et cum elongatus fuerit plus. 90. gradibus ab intersectione est septentrionalis descendens idest minuens latitudinem quousqz elongatus fuerit ab intersectione per. 180. gradus z tunc est intersectione opposita prime z nullam habet latitudinem idest est in eclyptica: z cum transiuerit illam fit eius latitudo meridiana z est meridionalis descendens quousqz elongatus fuerit ab intersectione prima per. 270. gradus. Et cũ transiuerit hunc numerũ z meridionalis ascẽdens quousqz reuertitur ad intersectionem primã vbi latitudo eius erit nulla. Hec est sententia littere de esse planetarum semetipsis.

De esse autem ipsorum adinuicez tractemus. Prius determinauit de esse planetarũ in seipsis. Hic determinat de esse eorum adinuicez. z primo de esse quinqz planetarum respectu luminarium. Et diuiditur in quattuor partes ꝑm quattuor esse que habent planete erga solem z lunam. Primum est visio facies ad faciem. Secundum est seccuritas. Tertium est combustio. Quartum est orientalis z occidentalis. Primo ergo determinat de visione facies ad faciẽ. Secundo de securitate. Tertio de combustione. Quarto de orientalitate z occidentalitate. Prima pars est in principio. Secunda incipit ibi: z ex hoc ductoria. Tertia ibi: z omnis planeta. Quarta ibi: z ex quo altiores ¶ Sententia prime partis est. Qñ aliquis planeta fuerit occidentalis a sole. s. qz oriatur post solis ortum z fuerint inter ipsum z solem tot signa quot sunt inter domum illius planete z leonem qui est domus solis talis planeta dicitur esse in visione solis facie ad faciem. Verbi gratia: capricornus est domus saturni z est sextũ signuz a domo solis: scilicet leone. cuz igitur fuerit saturnus in sexto signo a sole computando numerum signorũ a sole versus saturnum secundũ ordinem signoꝝ. Aliter enim non esset occidentalis si non computaretur hoc modo tunc dicitur ipsum videre facie ad faciem. Et signum sagittarij est quintum a leone. cuz igitur Jupiter fuerit in quinto signo a sole incipiendo a sole versus iouem secundum ordinem signorũ dicitur videre ipsum facie ad faciez z sic de alijs. Et quando aliquis planeta fuerit orientalis a luna z fuerit inter ipsuz z lunaz secundum ordinem signoruz tot signa quot sunt inter domũ ipsius planete z domum lune: scilicet cancrum tunc dicitur esse in eius visione facie ad faciẽ. Verbi gratia: cancer est signum sextum ab alia domo saturni: scilicet ab aquario: ideoqz cũ fuerit luna a saturno in. 6. signo est inter eos visio facie ad faciem Et etiã cancer est signũ quintum a domo iouis: scilicet a piscibus: ideoqz cũ fuerit luna in. 5. signo a ioue secundum ordinem signoruz est inter eos visio facie ad faciem: z sic de alijs suo modo poteris exemplificare.

Ex hoc ductoria planete. Hic determinat de. 2. esse. 5. planetaruz erga luminaria: scilicet de ductoria qõ idez est qz securitas. Et est sententia talis quãdo aliquis planeta est in suo ꝓpꝛio z in aliquo angulorũ ascendentis: scilicet in ascendente vel in. 10. vel. 7. vel. 4. domo z aliquod luminariuz sit in aliquo angloꝝ ab ipso planeta ita qz sit planeta in die orietalis a sole z in nocte occidentalis a luna. hoc est vt sit in die in. 10. signo a sole. tunc enim est in angulo a sole z orientalis. vel in nocte in. 4. signo a luna tunc enim est in angulo a luna z occidentalis tunc dicit esse in sua ductoria. Angulus aũt oppositionis nõ hz hic locũ. Ratio est quia planeta existens in opposito solis vel lune nec est orientalis nec occidentalis. Postea dicit qz omnis planeta a tẽpore quo abscondit sub radijs solis vsqz ad tẽpus quo incipit apparere dicitur cõburus. Et incipit comburi qñ incipit intrare radios: z cuz venerit prope solem

infra.12.gradus vocatur oppressus:z cuz fuerit cuz sole in eodem gradu z fuerit inter eos min⁹ semidiametro solis z cum hoc latitudo planete fuerit minor semidiametro solis dicitur vtinus vel incorporatus soli. Et cuz trāsierit hāc vntionem dicitur esse in conualescentia donec sit liberatus a radijs solis.

Ex quo apparent altiores tres. Dic determinat de orientalitate z occidētalitate planetarum. Dicit q tres planete supiores quando exeunt de sub radijs solis z incipiunt apparere de mane ante ortuz solis quousq; ventant ad oppositum solis. hoc est q sint propinquiores circulo horizontis orientalis q̄z occidentalis quando sol est in linea medie noctis tunc vocatur orientales z dextri. Vocantur orientales eo q oriunt ante solem: z vocantur dextri eo q sunt in dextra parte celi a sole. Pars enim occidētalis est dextra z orietalis sinistra. Donatur enim q homo vertat faciem suam versus meridiem patet q oriens est sibi a sinistris z occidens a dextris. Et quādo aliquis trium superiorum planetaruz trensierit oppsitionem solis dicitur occidentalis sinistre. dicitur occidentalis non q sit in parte occidentali celi a sole imo huius contrariuz est veruz. Sed dicitur occidentalis pro tāto q occidit post solem. Et dr sinister q est in parte orientali celi a sole que est sinistra ꝑm q dictum est. Venus vo z mercur⁹ glibet eoz infra tps quo circuit epicycluz suū cōiungit soli bis. vna vice p directionē. s. in supiori pte epicycli. Alia vice p retrogradationē. s. in inferiori pte epicycli. Jgit quādo aligs eoz separat a cōiunctiōe solis in medio retrogradatiōis. s. in inferiori pte epicycli recedit a sole versus ptē occidentalē celi. Et q̄n elongatus fuerit a sole tamen q pōt videri videtur de mane ante ortū solis tō tūc vocat orietalis dextre donec cōburat a sole. i. donec iūgat soli in supiori pte epicycli per directionē. Et cū sepatus fuerit a sole p directionem videt de vespere post occasum solis tō tūc vocat occidentalis sinistre donec iterū cōburat. Et est dīa iter venerē z mercuriū z tres supiores. ven⁹ eni z mercurius q̄nq; in recessu eoz a sole siue in exitu de sub radijs fiūt orietales z q̄nq; in exitu eoruz de sub radijs fiunt occidētales. Planete autē superiores semp cū exeūt de sub radijs solis fiunt orientales. Et dicitur augmentari in fortitudine donec sint elongati a sole per.30. gradus. z a.30. usq; ad.60. dicit fortes. Et postq̄z elongati fuerint a sole vltra.60. gradus dicit orientales eūtes ad debilitatē vsq; ad principiuz retrogradatiōis. Et a principio retrogradationis vsq; ad oppositionem solis dicunt orietales retrogradi. Et ab oppositione vsq; ad directionem dicitur occidentales retrogradi. Et a directione vsq; ad.30. gra. post directionem dicunt occidentales fortes. Et a.30. gra. post directionem quousq; veniant ad.30. gra. ppe solez dicunt occidentales euntes ad debilitatem. Et postea dicitur occidētales debiles quousq; cōburantur. Venus vero z Mercurius quādo separant a sole p retrogradationem fiunt orietales z vocantur debiles quousq; veniant ad directionē: z a directione donec sint elongati a sole tantum quātum solent elongari in ꝓncipio retrogradationis dicitur orientales fortes. Deinde fiunt debiles orientales z quousq; opprimant sub radijs solis: z postea dīr vniti cuz sole: deinde cōbusti eūtes ad apparitionē: z ab apparitiōe eorū vsq; ad elongationē eoz a supiori parte epicycli per.60. gra sunt occidentales fortes: z ab hoc loco vsq; ad retrogradationem sunt occidentales euntes ad debilitatē: z postea vsq; conjunctionem sunt occidentales debiles. Si vero non intelligeretur littera hoc modo esse falsa cum non sit possibile eos elongari a sole vsq; ad.60. gra. in zodiaco. Postea dicit quando aliquis planeta exit de sub radijs solis z nulli coniungitur corpore vel aspectu est in suo lumine proprio.

Ese illorum erga se inuicem. Prius determinauit de his que accidūt planetis in semetipsis: z his que accidunt quinq; planetis erga luminaria. Hic determinat de his que accidunt.7. planetis ad se inuicem. Et possunt diuidi in tot partes quot sunt modi accidentiū que accidūt planetis ad inuicē. Et pōt reduci ad.16. modus ꝑm sniam ire qui sunt isti. Conjunctio: vacuatio: cursus: feralitas: trāslatio luminis: redditꝰ lumis: phibitio: pulsatio nē: receptio: redditus: nē: refrenatio siue ꝓtrarietas: frustratio: abscisio luminis: veneratio: destructio: obsessio: dilectio z odium. Jsta exponit auctor in littera per ordinem vsq; ad finē istius differētie. Snia ꝑme partis est talis. Cōiunctio est cū fuerint duo planete in duobus signis que se aspiciūt aliquo aspectu: z ille q fuerit leuior iter eos. i. velocior in motu trāsierit de suo signo pauciores gradus q̄z pōderosus. i. tardior motu de suo signo ita q differētia ista sit 6. g̃. vl̃ ifra: z tūc dr q leuior vadit ad ꝓiūctionē pōderosioris. vbi gr̃a: pono q sol sit in ariete z trāsierit de ipso ariete 6. gra. z Mars sit in Leone z trāsierit de ipso.12. gra. ista duo signa aspiciūt se aspectu trino. Et sol qui est velocior in motu q̄z mars trāsiuit pauciores grad⁹ de ariete q̄z mars de leone: z sunt in differētia.6. gra. Jn proposito exemplo sol vadit ad ꝓiunctionē martis de aspectu trino. Et si sol eēt in.12. gradu arietis: z mars in.12. gradu. leonis: tunc esset cōiunctio compleat. Et si sol esset vltra duodecimū gradū arietis marte existente in.12. Leonis: tūc esset inter eos separatio. Et hec vocat ꝓiunctio lōgitudinis. Coniunctio autē latitudinis est cū fuerint duo planete in vno signo coiuncti corporaliter z fuerint equalis latitudinis ab eclyptica ita quod latitudo vnius sit ascēdens in septentrione z alteri⁹ descēdens in septentriōe vel vnius sit ascēdēs i meridie z alterius descēdens in meridie. Vel si fuerit coniunctio ex aliquo aspectuum z altitudo vnius fuerit septentrionalis ascēdens: alterius meridiana ascendēs. Verbi gr̃a: pono qō luna cōiungatur saturno in aliquo signo: z in aliquo gradu z minuto illius ita quod saturnus sit iuxta genzahar suū vadens ad septentrionē in altitudinē: z sit eius latitudo. 3. minuto z luna appropinquet ad caudā draconis venies a septentrione minues latitudinez: ita qō eius latitudo similiter sit.3. minuto z hec est cōiunctio verissima quātum ad longitudinē z latitudinem. Et in hoc casu luna eclypsaret saturnum nisi diuersitas aspectus lune eet tanta qō impediret. Licet auctor dicat quādo latitudo vnius debeat esse ascēdens z alterius descēdens tamen videt mihi q in cōiunctione corporali in omni casu quo cōtingere poterit qō latitudines ambo rum sint eq̄les ad eandē partē. Volo dicere q ambe latitudines sint septētrionales vel ambe meridionales erit cōiunctio latitudinuz veridica: z in aspectu oppsitionis si latitudines fuerint equales in diuersis ptibus ita q vna sit meridionalis z alia septentrionalis erit aspectus veridicus quātum ad latitudinē.

Qt cuz seperat vnus planeta ab alio.

Hic ponit vacuationem cursus. Dicit quando aliquis planeta fuerit coniunctus alteri corpore vel aspectu: z post separationem ab illo nō coniungitur alicui alteri corpore vel aspectu quādiu fuerit in illo signo tunc dicitur esse vacuus cursu. Verbi gratia: pono quod luna iungatur Joui corporaliter in sagittario: z post separationem eius a ioue non sit aliqs planeta i sagittario cui possit coniungi: nec radij alicuius quez possit aspicere in hoc casu luna est vacua cursu donec exeat de sagittario z iungatur alicui corpore vel aspectu.

Qt si fuerit planeta in aliquo signo.

Dicit quando aliquis planeta fuerit in aliquo signo vbi nullus alter planeta sit nec radij alicuius ille planeta quādiu fuerit in signo illo sic se habē te dicit esse feralis: siue silvestris in similitudine hominis non habentis socie tatem cum aliquo.

Et cum ferit separatus.

Dicit quando planeta velo- ciozis motus separauerit se a planeta tardiozis motus z in separando se ab eo iungatur alteri tunc trāsfert naturam primi ad secundū. Verbi gratia: pono quod luna separetur a coniun ctione corporalis iouis: z anteq̄ compleatur separatio coniungatur saturno aliquo aspectu: vel corporaliter luna transfert tūc naturā Jouis ad saturnum. Fit etiam alio modo translatio scilicet quando planeta leuis cōiungit ponde rosiōr se: z ille ponderosus alteri adhuc ponderosiori se tunc medi⁹ transfert naturam leuis ad ponderosiorem. verbi gratia: pono quod luna aspiciat iouē aliquo aspectu z iupiter aspiciat saturnum. Jupiter in hoc casu tranffert natu ram lune ad saturnum.

Si autem non coniungitur.

Dicit quod quādo duo planete fuerint hoc mo do dispositi quod vnus eorum nō iungitur alteri sed ambo iungūtur alicui ter tio tunc si ille tertius aspiciat aliquē locum ex locis circuli p̄icit lumen illoz duoz ad illum locum. Et si aliquis planeta fuerint in loco radioz suoz reddit illi lumen illorum duorū. Verbi gratia: pono quod sol sit in capricorno z ve nus in piscibus: ita q̄ non aspiciant se. Deinde pono qō mars sit in cācro aspi z veneris: z reddit lumina ipsoz ad loca circuli in quibus sunt radij martis: z hoc vocat redditus luminis. Fit etiā alio modo redditus luminis quādo duo planete non aspiciunt se: sed tertius tranffert lumen vnius ad alterum ita q̄ se paretur ab vno z iungatur alteri: z tunc idem est q̄ translatio.

Sequitur prohibitio.

Dicit quando. tres planete fuerit in vno signo sed in diuersis gradi bus z ille qui fuerit tardioz motu transfuerit plures gradus illius signi quam aliquis aliorum duorum tunc medius eorum prohibet cōiunctionē leuioris cum ponderoso. verbi gratia: pono quod saturnus sit in. 12. gradu virginis: z pono qō mars sit i quinto gradu eiusdem virginis. in hoc casu mars petit cō iunctionē saturni. Sed pono quod luna sit in. 8. gradu eiusdē virginis in hoc casu non esset iudicandum q̄ mars cōiungeretur saturno: quia luna est in me dio z prohibet eius cōiunctionem. Fit etiā phibitio alio modo: ita q̄ duo pla nete sint in vno signo z leuior iungitur ponderosiori z alter planeta aspiciat eundem ponderosū z aspectus eius sit ita prope sicut cōiunctio corporalis al terius: tunc ille qui corporaliter iungitur prohibet aspicientē ne aspiciat. Et si in hoc casu vnus illoz fuerit ppinquior q̄ alter ille qui fuerit propinquior ob tinet z dicitur iungi ponderosior. verbi gratia: pono quod saturnus sit in. 12. gradu virginis: z mars in. 8. gradu eiusdem. Et pono quod iupiter proiiciat radios suos ad octauū gradū virginis in hoc casu mars prohibet aspectum iouis. Sed si iupiter proiiceret radios suos ad nonum gradum esset iudican dum quod iupiter aspiceret saturnū: z eum hoc prohiberet cōiunctionē mar tis. Et si iupiter proiiceret radios suos ad. 7. gradū esset iudicandū q̄ mars iū geretur saturno z cum hoc prohiberet aspectum iouis.

Et si iungitur planeta domino illius si-

gni. Dicit quando aliquis planeta iungitur per aspectum domino illius signi in quo fuerit vel domino exaltationis vel triplicitatis vel termini vel faciei di citur mittere naturā domini illi⁹ dignitatis ad ipsum cui⁹ fuerit dignitas: vbi gratia pono q̄ sol sit in capricorno aspiciens saturnū exītez in virgine. i hoc casu sol est in domo saturni z mittit naturam ipsius saturni saturno. Et si leuis planeta fuerit in aliquo loco vbi hz dignitatem aliquā. verbi gra: qō sit domus suavel exaltatio z c̄. z aspiciat aliquē planetā pōderosiorē se z qui nullā habeat dignitatē in loco eius dicitur leuis mittere suā fortitudinē ponderosō: verbi gratia pono q̄ luna sit in tauro. s. in exaltatione sua z aspiciat saturnū existētē i virgine de trino. in hoc casu luna naturam suam siue virtutē mittit ipsi saturno licet saturnus nullā habeat dignitatē in loco lune. Sed si saturn⁹ habeat digni tatē in loco lune verbi gratia: pono q̄ luna sit in. 24. gradu tauri in exaltatiōe sua z in termino z facie saturni z aspiciat saturnū mittit saturno naturam pro priam z naturam saturni ratione termini z faciei sue.

Et quādo fuerint aliqua dignitatū suarz.

Dicit planeta leuior aspicit ponderosiorem se z leuioz habet dignitatem in lo co in quo est z ille quem aspicit etiam habet ibidem aliquam dignitatem tūc leuis mittit ponderoso vtraq̄ naturas. s. suam propriam: z illius quē aspicit: z hec missio vocat receptio. vbi gra: pono q̄ sol sit i ariete in exaltatiōe sua z i do mo martis z aspiciat matrē aliquo aspicit in hoc casu sol mittit marti naturā suam propriam z cū hoc naturam martis rōne domus sue. z mars recipit solē a domo sua. Et si contingat q̄ in feriōr sit i dignitate superioris. z ecōtra supe rior in dignitate inferioris illa est melior receptio q̄ esse pōt. verbi gra: sit sol i ariete in domo martis z mars in leone in domo solis z sol aspiciat martem aspectu tertio talis receptio in tegra z perfecta.

Hinc sequitur redditus.

Dicit quando inferior plane- ta aspicit superiorē. z ille quē aspicit est combustus sub radijs: vel retrogradus. in hoc casu supior reddit in feriori virtutē quā sibi misit: qz pp debilitatem suā nō pōt retinere eam. Et si ita

li casu vterq; fuerint in angulo vel in succedēti tūc reddit⁹ fit cū ꝓficuo. Et si inferior fuerit in angulo z superior nō ita tū q; supior recipiat inferiorē talis reddit⁹ etiā fit cū ꝓficuo. Et si inferior fuerit cadēs ab angulo z supior in angulo fit redditus cū ꝓficuo. Et si ambo fuerint cadentes redditus fit cū detrimento. vbi gratia: pono q; luna sit in tauro z aspiciat mercuriū existētē in capricorno cōbustū in hoc casu luna mittit mercurio naturā suam. Sed quia mercurius est cōbust⁹ non potest retinere naturā sibi: missā ī reddit lumē illud qđ recipit ab ea z si in hoc casu ambo fuerint in angulis redditus est ꝓficuus z c̄.

Deinde sequitur almenem.

Dicit quando planeta inferior vult coniungi superiori: sed anteq̄ cōpleat cōiūctio inferiori fit retrogradus hoc vocat refrenatio verbi gratia: pono q; saturnus sit in .12. gradu virginis: z venus in ꝓncipio virginis vadens ad cōiunctionez saturni. Sed cū peruenerit venus ad .8. gradum vel nonum. s. anteq̄ contingat saturnū incipit retrocedere. in tali casu refrenantur venus ne coniungatur saturno: z idem intellige de aspectu si iret ad aspectum: sed anteq̄ aspectus compleretur inciperet retrocedere.

Hanc sequitur alchorad. i. contrarietas.

Dicit quod contrarietas est quando tres planete fuerint in vno signo quorū vnus sit ponderosus: z alij duo leues: z vnus duorum leuium transiuerit ponderosum z alter pateat coniunctionem ponderosi sed anteq̄ cōiungat ponderoso: ille qui transiuerit ponderosum fit retrogradus: z coniungitur ponderoso per retrogradationem: z obuiat alteri leui: tunc retrogradus destruit coniunctionez illius cui obuiat cū pōderoso. Verbi gratia: pono quod fit saturn⁹ in .8. gradu virginis: z mars sit in .12. gradu eiusdem z iupiter sit in ꝓncipio virginis petens coniunctionez saturni: sed antequam coniungatur sibi: mars incipiat retrogradari z ꝓiungi saturno per retrogradationem z obuiet ioui in hoc casu mars destruit coniunctionem iouis cum saturno.

Sequitur alphariz id est frustratio.

Dicit q; frustratio est quando planeta leuis petit coniunctionem ponderosi sed antequam compleatur coniunctio ponderosus intrat aliud signum z sint radij alicuius alterius planete in principio illius signi tunc quando leuis volens coniungi ponderoso intrat illud signuz coniungitur radijs illius planete ibi aspicientis: z sic annullatur cōiunctio ꝓma: verbi gratia pono quod saturn⁹ sit in .29. gradu leonis z mars sit in .24. gradu eiusdē petens coniunctionem saturni. Sed anq̄ iungatur mars saturno saturnus intret virginez: z pono qđ iupiter aspiciat ꝓximum gradum virginis. in hoc casu mars exiens de leone coniungitur radijs iouis: z sic annullatur coniunctio martis z saturni.

Hanc quoq; sequitur abscisio luminis.

Dicit q; abscisio luminis est qñ aliqs planeta leuis petit ꝓiunctionē pōderosi z in secundo signo a signo pōderosi fit alter planeta sed anteq̄ leuis iūgat pōderoso ille qui est in scō signo fit retrograd⁹ z iūgit pōderoso. i tali casu retrogradus abscindit lumē ponderosi a planeta qui volebat ei iungi. Et est quasi idez quod contrarietas sed differt in hoc q; in contrarietate planeta retrogradus non solū iungit ponderoso sed etiam iungit leui qui volebat iungi ponderoso per obuiationez z potest exēplificari sicut ibi fuit dictum. Fit etiā alio modo obscisio luminis .s. quando planeta leuis petit cōiunctionē ponderosi z ille ponderosus petit coniunctionē alterius ponderosioris z iungit ei anteq̄ leuis iungat ꝑmo pōderoso. verbi gratia: pono qđ mars petat cōiunctionē iouis z iupiter patet ꝓiūctionē saturni z anteq̄ mars iungat ioui iupiter iungatur saturno: in tali casu saturnus abscindit lumen iouis a marte.

Sunt quoque his planetis.

Dicit q; planete in quibusdam locis confortātur z in quibusdam debilitantur z in quibusdā locis fiunt fortune z in quibusdam inferiores. Fiunt fortune in aspectu sextili vel tertio bonorum z vt fortune sint cadentes ab eis iuxta q; intelligendum est q; qñ aliquis planeta est ī eodē signo cuz alio vel in quarto vel in septimo vel decimo ab ipso dicit esse ī angulo ab illo. Et si fuerit in scōo signo ab ipso vel in qnto vel in octauo vel in .11. dicit esse. ab ipso in succedēti. Et si fuerit ab ipso in tertio signo vel in .6. vel in .9. vel .12. dicitur esse in cadenti ab ipso. Fiunt etiam fortune quando separantur ab vna fortuna z iunguntur alteri aut quod sint inter radios duarum fortunaruz z hoc vocatur veneratio a quibusdam. Fiunt etiam fortune quando sunt vniti sole in eodez gradu aut quod sint in eius aspectu tertio vel sextili vel in aspectu trino vel sextili lune: z etiam vt sint aucti numero z lumine: z quod sint in aliqua dignitatum suarum vel in suo haiz. Et planete fiunt fortiores quando ascendunt in circulo augis z quando sunt septentrionales vel ascendunt in septentrione. Similiter fortificantur quando sunt in statione secunda euntes ad directionem. Similiter quando exeunt de sub radijs solis z quando sunt in angulis vel in succedentibus. Et tres superiores fortificantur quādo sunt orientales. Et si aspiciunt solem aspectu sextili augmentatur eorum fortitudo. Similiter quando fuerint in quartis masculinis vel in signis masculinis. Fortitudo solis etiam augmentantur in quartis z in signis masculinis ꝓterq̄ in libra: ibi enim nō fortificatur pp casum ab exaltatione licet libra sit signū masculinuz z etiā in quadra masculina. Et tres inferiores planete scilz existens sub sole significātur qñ sunt occidentales a sole. z in quartis z insignis femininis. Et luna fortificat cū fuerit in nocte super terrā: z in die sub terra z cuz fuerint in signo z in loco feminino z cuz fuerit in exaltatione solis scilicet in ariete.

Ex infortunio vero planetarum.

Dicit qđ planete fiunt infortune idest infortunantur quando sunt in aspectibus malorum: z quando coniunguntur malis per corpus vel per aspectum ita qđ inter eos z corpus mali vel inter eos z radios mali sit minus termino vnius planete. Et infortunantur quando sunt in terminis malox aut in domib⁹ malox. Verbi gratia: iupiter vel venus infortunatur in terminis saturni z martis: z in domib⁹ eorū. Et infortunātur qñ infortune eleuant super ipsos ita qđ sint infortune in .10. vel .11. signo ab ipsis. Juxta qđ intelligendū est quod planeta existens in .10. signo ab alio dicitur eleuari super ipsuz: sicut existens in .10. domo eleuatur super ascendens: z si istud fiat sine receptiōe est peius. Verbi gratia: pono quod iupiter sit

in principio sagitarij z saturnus in principio virginis: in hoc casu saturnus eleuatur super iouem: Virgo enim est decimū signum a sagitario. Infortunā tur etiam quādo sunt in cōiunctione solis: vel in opposito solis: vel inaspectu eius quarto. Etiam infortunantur quādo sunt in capitibus suorum genzahar idest in intersectionibus deferentiū eorum cū eclyptica siue in capite vel cauda draconis eorum: vel ppe hec loca per .12. gradus vel infra maxime si in his locis luna fuerit impedita ab eis: vel sol scilicet vt luna: vel sol iungatur eis in his locis vel aspiciat eos aspectu inimico. Ratio autē quare infortunant in his locis est quia possunt ibi eclypsari. Infortunant etiā quādo distant a sole per quattuor gradus ante vel retro. Et quādo fuerint inter corpa vel radios duorum malorum: ita qō seperent ab vno malo corpore vel aspectu z iungantur alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in signo quod est ante eum z alter malus vel radij eius in signo quod est post eum. tunc enim dicitur obsessus. Verbi gratia: pono q iupiter sit in ṽgine z in .11. gradu: z mars vel radij martis sint in .10. gradu eiusdē z saturnus vel mars sint in .12. gra. eiusdē in hoc casu iupiter diceretur obsessus a duabus infortunis. Eodē mō dicit de signis q sunt obsessa qñ vnus malus est in eius pncipio z alter in eius fine. Sed qñ sol vel fortuna aspicit planetā vel signū obsessum aspectu sextili: vel tertio ita q sit aspectus ad .7. gradus prope vel infra: tunc per talem aspectū soluit obsessio. Infortunantur ēt quando sunt retrogradi vel combusti aut cadentes ab angulis. Et debilitant qñ sunt tardi cursus quod vadant min⁹ medio motu eorum. Et qñ sunt in statione pma euntes ad retrogradationem: aut q sint in gradib⁹ tenebrosis: aut planete masculini in signis vel gradibus femininis: z in die sub terra z in nocte super terram: aut feminini in signis masculinis z in gradibus masculinis z in die super terram z in nocte sub terra. Hoc.n. est contrariū hatim idest simlitudini eorum. Et debilitantur siue infortunant qñ sunt in locis oppositis dignitatū suaꝝ: aut q sint in latiudine meridiana ab eclyptica maxime si fuerint descēdētes in eadē latitudine: aut sint in via combusta. s. a meditate libre vsq; ad medium scorpionis: aut sint iuncti planete retrogrado: aut cadenti: aut quod non sint recepti. Et tres superiores. s. saturnus iupiter z mars debilitantur cum fuerint occidentales a sole: aut in quartis femininis: z sol debilitatur in signis z in quartis femininis: nisi fuerit in nona domo: qz in illa gaudet. Tres inferiores scilicet venus mercuri⁹ z luna debilitant in signis z in quartis masculinis. ¶ Et dicit de planetis quod sunt quidā eoꝝ seinuicē diligentes. Dicit quod quidam planete diligunt seinuicem: z quidam habent se odio: z patet in littera: z sic completa est expositio tertie differētie alchabicij introductorij ad iudicium.

Differentia quarta in expositione nominum astrologicorum.

Completis tribus differentijs huius libri in quibus auctor determinauit de esse circuli signorum essentiali z accidentali in prima differentia: z de naturis septem planetarum in secunda differentia: z de his que accidunt septez planetis in semetipsis: z adinuicem. s. in tertia differentia. Sequitur quarta differentia in qua exponit nomina quibus vtuntur magistri iudicioꝝ z docet ea applicare ad opus. Et pōt tota illa dza diuidi in .16. partes pm .16. capitula q ponit in ea. In primo capitulo loquit de cōiunctionibus magnis cōnumerando eas. In ho capitulo docet inuestigare gradū ascendentē alicuius natiuitatis. In tertio capitulo docet eligere locū vite in natiuitatibus. In quarto capīo docet eligere datorē annoꝝ vite in natiuitatibus. In .5. docet eligere planetā dñatorē natiuitatis q preest nato post hylech z alcochodē. In .6. tractat de profectu annoꝝ natiuitatis z mundi. In .7. c. docet dirigere significatorē quelibet ad quēlibet locū circuli. In .8. docet dirigere gradū ascendentē in natiuitatibus. In .9. docet inuenire duodenarias planetaꝝ z domorū. In .10. docet inuenire nouenarias. In .11. docet inuenire decanū. In .12. docet inuenire dñz orbis siue horę. In .13. docet inuenire annos frigidarie in natiuitatibus. In .14. docet cognoscere quis planetaꝝ eleuatur sup alterū. In .15. docet inuenire qñ fit apertio portarū. In .16. loquit de horis fortunatis z infortunatis: vbi partes incipiāt patebit in pcessu. In primo ergo .c. loquit generaliter de magnis cōiunctionib⁹ z dicē q ciunctiones magne sunt res significantes distructiones siue mutationes q̄ fiunt in hoc seculo: z sunt .6. in nūero. ¶ Prima maior oīb⁹ cōiunctionib⁹ est cōiunctio iouis z saturni in pn⁰ arietis z hoc fit in .960. annis semel. ¶ Scda ciūctio est mutatio ciunctionis iouis z saturni de vna triplicitate ad aliā z hoc fit in .240. annis semel. Et qñ venit cōiunctio eorū ad aliāz triplicitatē anteqz exeat illā duodecies cōiunguntur. Verbi gratia: cōiunctio iouis z saturni nunc est in triplicitate aerea z incipit in signo geminorū anno dñi .1325. ab illo tpe in .20. annis. s. anno dñi .1345. cōiongent in aquario z ab illo in .20. annis coniungentur in libra z postea in geminis: z ita pm hunc ordinē donec in his tribus signis duodecies cōiungantur z si multiplicaueris .20. per .12. inuenies .240. annos post quos coniunctio mutabit se z intrabit triplicitatē aquaticā z stabit ibi sicr per .240. annos z sic de alijs triplicitatibus intelligas: z intelligas q sicut dicit q coniunctio maxima reuertitur in .960. annis ad principiū arietis. i. ad triplicitatē igneā: ita coniunctio in trans pn'' alicuius alterius triplicitatis nō reuertitur ad principiū eiusdē nisi post .960. annos stabit igitur vt supra dcm est in qualibet triplicitate .240. annis triplicitates sunt quattuor: multiplica igitur .240. per quattuor: z iuenies .960. annos. Tertia cōiunctio est martis z saturni in cancro in qbuslibet 30. annis. Quarta cōiunctio est iouis z saturni quocūqz signo fuerit: z hoc fit in .20. annis semel. Quinta cōiunctio est introitus magni luminaris in primū minutū equinoxij vernalis. i. arietis. Sexta cōiunctio est solis z lune z eorū oppositio. Et qñ dicitur ascendens cōiunctionis magne intelligitur de ascendente. s. introitus solis in arietē in illo anno in quo dz fieri illa coniunctio. Verbi gra: coniunctio iouis z saturni fuit in geminis anno dñi .1325. Et ascendens introitus solis in arietē in illo anno fuit taurus .20. gradus: taurus ergo est ascēdens illius cōiunctionis. Iste cōiunctiones que dicte sunt vocantur coniunctiones magne. Alie multe sunt cōiunctiones in planetis quarū numerus est 120. pm Ptolemeū in .50 propositione centiloquij. Dicit enim ibi. nō obliuiscaris esse. 120. coniunctiones que fiūt i stellis erraticis. In illis enim est maior scia eoꝝ que fiunt in hoc mundo suscipienti incrementū z decrementum. Haly ibi in cōmento numerat eas: z dicit qō quedā sunt cōiunctiones binarie z quedā trina

rie quedam quatrinarie quedam quinarie quedam senarie quedã septenarie. Binaria aũt coniunctio est qñ duo planete tm cõiunguntur: z hoc põt .21. modis variari. Ternaria coniunctio est qñ coniunguntur tres planete z hoc põt variari triginta quinq; modis. Quatrinaria coniunctio est qñ coniunguntur quattuor planete: z hoc põt variari similiter .35. modis. Quinaria coniunctio est quando coniunguntur quinq; planete: z hoc potest variari .21. modis. Senaria coniunctio est quãdo coniunguntur sex planete: z hoc potest variari .7. modis. Septenaria non est nisi vna scilicet coniunctio omnium septez planetarum. Et si computaueris seu addideris hos numeros predictos ad inuicez inuenies .120. Qui volunt singulas numerare inuenient eas numeratas in cõmento propositionis preallegate.

Et ex hoc animodar quod est. In hoc capitulo auctor docet inuestigare gradum ascendentem alicuius natiuitatis suppositio quod sciatur signum ascendens z ignoretur gradus: z hoc docet secundum sententiam Ptolemei non secundũ propriã intentionem. Dicit enim Ptolemeus in .34. propositione centiloquij Almusteli super locũ coniunctionis vel preuentionis est in consimili gradu anguli ex angulis omnis natiuitatis humane que fuerit in illa cõiunctione vel preuentione. Et omnis gradus qui non est similis gradui almutem super locum coniunctionis vel preuentionis non est angulus alicuius natiuitatis humane. Sententia littere talis est cũ volueris inuenire gradũ ascendentẽ natiuitatis alicuius cõsidera cõiunctionẽ solis z lune que precessit natiuitatẽ vel oppositionem si precessit oppositio. Si processit coniunctio natiuitas dicitur coniunctionalis: si precessit oppositio siue preuentio qđ idem est natiuitas vocatur preuentionalis. Si natiuitas fuerit coniunctionalis considera gradũ in quo cõiunguntur luminaria. s. graduz zodiaci in quo fuit coniunctio precedens illaz natiuitatẽ. z vide quis planetarum sit fortior in gradu per multitudinem testimoniorũ ille enim est almutem super locum coniunctionis. Equa ergo eũ ad horã natiuitatis quo equato cõstitue ascendens ad horaz natiuitatis secundũ estimationẽ ita tamen quod sis certus de signo ascendente. Si enim deficeres in signo hec regula nõ valeret tibi. Habito igitur signo ascendente horza natiuitatis: considera virum locus planete quẽ equasti tali dispõe stante sit propinquior gradui ascendentis vel gradui decime domus z cui eorũ fuerit propinquior hunc angulũ facies simili z gradui planete. hoc est: pone tot gradus signi existẽtis in angulo quot gradus pertransiuit planeta de signo in quo est. Et vt euidentius pateat sententia littere. pono in hoc exemplũ. ¶ Pono qđ in horza natiuitatis alicuius ascendens fuit libra sed nescio quis gradus eius: z pono q natiuitas fuit cõiunctionalis z coniunctio precedens eam fuit in .6. gradu aquarij video q saturnus est fortior in illo gradu: ergo equabo saturnum ad horam natiuitatis z ponatur q inueniam eum in .20. gradu virginis video q saturnus in hoc casu est propinquior ascendenti q̃z medio celi secundum ascendens estimatum: faciaz ergo angulum ascendentis ad similitudinem gradus saturni. hoc est ponaz vigesimum gradum libre in ascendente z si fuisset propinquior medio celi fecissem angulum medij celi vigesimum gredum signi ibidem existentis. Si autem natiuitas preuentionalis fuerit operaberis per gradum oppositionis sicut nunc tibi dixi de gradu cõiunctionis idest cõsiderabis planetã hũtem plures fortitudines in gradu oppositionis. Sed dubium est de gradu preuentionis cum in preuentione siue oppositione sol sit in vno gradu z luna in opposito quem ergo gradũ accipiemus pro gradu preuentionis virum gradũ solis vel gradũ lune. Dicit auctor ſm intentionem Ptolemei q gradũ illius luminaris accipere debemus qđ fuerit super terram. Sed adhuc restat dubiũ. Ponatur q vnum luminare sit in ortu reliquũ in occasu z sic neutrũ erit super terram nec sub terra. Dicit auctor q quidã sapiens dixerunt q debemus operari per gradũ illius luminaris qđ fuerit in orientem. Deinde dicit auctor q Ptolemeus dixit si plures planete cõuenirent in dño loci cõiunctionis vel preuentionis: scilicet q duo planete vel tres in loco illo haberent equales fortitudines videlicet q vnus haberet ibi tot fortitudines quot alter: tunc debemus accipere illũ qui fuerit in suo haim: z si quilibet eorum fuerit in suo haim tunc debemus accipere illum qui citius deberet mutari ad melius esse. i. illuz qui citius intrabit signum in quo habet plures fortitudines q̃z in illo signo in quo est. Et si fuerint orientales a sole eligas euz qui fuerit z soli propinquior: dummodo nõ sit cõbustus. ¶ Juxta istã partẽ notandũ est q alter est modus inuestigandi gradum ascẽdentis natiuitatis z ille modus accipitur a sniã Ptolemei in .51. ppõne cẽtiloquij vbi dicit. Locus lune in natiuitate est ipse gradus ascẽdens de circulo in horza casus spmatis in matricem z locus lune horza casus spmatis est gradus ascẽdens horza natiuitatis. Est etiam intelligendum ad euidentiam dicendorum q moze infantum in vteris matrum nõ sunt equales secundum q dicit Haly in commẽto propositiõis tam allegate. ¶ Moze autẽ sunt distincte in .3. scilicet maiorem mozam z in mediam z in minorem. ¶ Minor autem moza cõtinet .258. dies. ¶ Media moza continet .273. ¶ Maior moza cõtinet .288. dies. Et differẽtia inter maiorem z minorem sunt .30. dies. Istud est intelligendum de his que nascuntur secũdum cursum naturalem. De aborttiuis autem z de his qui nascuntur in septimo mense hec regula non tenet. Quantitaz autem moze infantis in vtero accipitur a loco lune in figura horza natiuitatis. Si enim in horza natiuitatis luna fuerit in principio septime domus super terram: scilicet supra orizontem occidentalez tunc infans fuit in vtero matris per mozam minorẽ: scilicet per .258. dies. Et si luna fuerit in horza natiuitatis in gradu ascendente tunc infans stetit in vtero per mozã mediã. s. per .273. dies. Et si luna fuerit horza natiuitatis in gradu qui est ante gradũ occidẽtis tunc infans stetit in vtero per mozam maiorem. s. 288. dies. ¶ Et nota q cuz luna in natiuitate est in parte occidentali prope orizontem si astronomus credit eam esse super terram quãdo est sub terra vel econtra errabit in horza conceptionis per .30. dies. Si vero luna fuerit super terraz elongata ab occidente idest inter oriens z occidens moza in vtero est maior minori moza z minor media. Dico q est maior minori moza secundum quantitatem elongationis lune ab occidente. Et si luna fuerit sub terra elongata ab ascẽdẽte moza in vtero est maior media z minor maiori z est maior media secundũ quantitatem elongationis ab ascendente. Cũ scõm hanc viam volueris gradũ ascendentis natiuitatis alicuius inuestigare constitue ascendens ad horam natiuitatis ſm estimationẽ pro

pinquiozem quantum poteris veritati z equa lunam ad illaz hozam: z vide in quo loco ceciderit in figura: q; si ceciderit in principio septime domus subtrahe ab hora natiuitatis. 258. dies. Et remanebit hora cõceptionis. Si vero ceciderit inter septimã domũ z ascendẽs. s. super terrã vide p quot gradus sit elongata a gradu occidentis z pro quibuslibet. 12. gradibus accipe vnũ diez z pro quolibet gradu q fuerit vltra. 12. accipe duas horas quos dies z horas adde super mozã minozẽ. i. super. 258. dies. Et totũ subtrahe ab hora natiuitatis z remanebit tẽpus cõceptionis. Si vero ceciderit in ascendente subtrahe ab hora natiuitatis. 273. dies z remanebit tẽpus cõceptionis. Si vero ceciderit inter ascẽdens z septimã. s. sub terra considera q;tum sit elongata a gradu ascendente z pro quibuslibet. 12. gradibus accipe vnũ diez z pro quolibet gradu residuo duas horas z numerũ dierum z horarum prouenientem adde super mozam mediam z totuz subtrahe ab hora natiuitatis. Si vero luna ceciderit in fine sexte domus subtrahe ab hora natiuitatis mozam maiozem z remanet hora conceptionis. ¶Hora igitur conceptionis nota equa lunam ad illam horaz z gradus in quo inuenta fuerit fuit ascendens in hora natiuitatis. Licet hec via sit vera ſm intentionem fere oium sapientum. Videtur tamen mihi z certus suz q; nõ sufficit ad inuestigandum gradum in casu vbi nõ habeo graduz ascendentẽ nisi per estimationem. Supponit enim q; sciam elongationez lune a gradu occidentis vel ab ascendente: z si ignozez gradũ ascendentẽ z per consequens gradum occidentis quomodo potero scire distantiam lune ab aliquo illozum nescio. ¶Posito enim q; estimatio mea deficiat per. 12. gradus distantia lune ab occidente vel ab ascendente etiam deficiet per. 12. gradus z pro illis deberet accipi vna dies z sic deficiet hora conceptionis in vna die z defectus vltimus: scilicet in gradu ascendentis erit quantum luna mouetur vna die.

QEx hoc hylech. In hoc capꝰo auctoz docet eligere hylech. i. significatorez vite in natiuitatibꝰ. Snia lre est ista. In eligdẽo significatorẽ vite debemus incipere a sole si natiuitas fuerit in die z si inuenerimus ipsuz ante gradũ ascẽdentem per. 5. gradus vel infra idest si inuenerimus ipsuz solez. in. 5. gradibus qui ascenderunt super orizontem: scilicet in fine. 12. domus aut si inuenerimus ipsum in. 10. domo vel. 11. domo accipiemus solẽ pro hylech siue fuerit in signis masculinis siue in signis femininis. Si vero nõ fuerit in his signis debemus inspicere si fuerit in. 7. vel. 8. vel. 9. domo in signis masculinis adhuc accipiemus ipsum pro hylech. ¶Si vero his tribus locis tam dictis: scilicet in. 7. domo vel. 8. vel. 9. esset in signis femininis nõ esset aptus ad hoc q; esset hylech. Si igitur sol nõ fuerit aptus hylech aspiciemus ad lunam si eam inuenerimus in ascendente vel in. 2. vel in. 3. domo aut in. 7. vel. 8. domo ipsa erit hylech siue fuerit in signo masculino siue femino. Si vero nõ fuerit in his locis aspiciemus si inuenerimus eam ante gradum signi ascendentis per. 5. gradus vel infra: aut in. 10. domo aut. 4. aut in. 5. in signo femino adhuc ipsa erit hylech. Si autem in his locis esset in signis masculinis non esset apta hylech. Si vero natiuitas fuerit in nocte debemus incipere primo a luna. Si inuenerimus eam ante gradum occidentem per. 5. gradus vel infra idest in illis. 5. gradibus qui sunt sub terra ex parte occidentis aut in aliquo aliozum locozum predictorum p̃dictoz ſm modũ dictum ipsa erit hylech. Et si ipsa non fuerit apta aspiciemus ad solem qui si fuerit ante gradum septime domus per. 5. gradus vel infra: scilicet sub terra aut fuerit i. 4. vel. 5. domo erit aptus hylech. siue signa sint masculina siue feminina. Et si fuerit in ascendente vel in. 2. domo in signo masculino erit aptus hylech in femino vero nõ. Si vero luminaria non fuerit apta vt sint hylech aspicemus vtrum coniunctio precesserit natiuitatez vel oppositio: q; si precesserit coniunctio aspiciemus gradum cõiunctionis: scilicet illum gradum in quo luminaria fuerũt cõiuncta ante natiuitatẽ: z si inuenerimus ipsum gradũ in aliquo quattuoz angulozũ vel in aliquo succedentiũ accipiemus ipsum pro hylech. Et si nõ inuenerimus ipsum in aliquo angulozũ neq; succedentiũ. Debemus aspicere ad gradũ partis fortune qui si fuerit in aliquo angulozũ vel succedentiũ debemus ipsuz accipere pro hylech. Si vero nõ fuerit in aliquo hozũ locozũ debemus vltimo accipere gradũ ascẽdentez natiuitatis. Si autem oppositio precessit natiuitatẽ debemus aspicere ad gradũ oppõtis sicut dictum est de gradu cõiunctionis z postea ad partem fortũe z vltimo ad gradum ascẽdentez natiuitatis: nec oportet in gradu cõiunctionis vel preuentionis vel partis fortune aspicere vtrum signa sint masculina vel feminina. Et sic patet q; sol potest esse hylech in die z nocte super terraz z sub terra in. 11. locis. ¶Potest enim esse super terram hylech in sex locis z sub terra in. 5. Et luna silr potest esse hylech in. 11. locis. ¶Potest eniz sub terra esse hylech in sex locis z super terram in. 5. Si autẽ luna in aliquo predictozũ locozum fuerit combusta sub radijs solis nõ erit apta hylech. Et cum fuerint domus equate secũdum doctrinam traditam in canonibus astrolabij z tabularum primi mobilis omnis planeta qui fuerit ante ascẽdens vel ante principium alicuius alterius domus per quinq; gradus vel infra erit fortitudo eius valida in domo que succedit. Et omnis locus ex locis predictis nõ potest esse hylech nisi aspiciat eum aliquis planeta habẽs dignitatez in loco illo: scilicet q; sit dñus domus vel dominus exaltationis aut triplicitatis aut termini aut facie. Tota sentẽtia littere potest reduci ad pauca verba. Quinq; sunt loca a qbus recipitur hylech idest significatoz vite que sunt hec: sol: luna: gradus coniunctionis vel preuẽtionis: pars fortune gradus ascendens natiuitatis. Si natiuitas fuerit in die incipiendum est a sole. Et si nõ fuerit in locis aptis secunduz q; predictum est recipienda est luna. Et si non fuerit apta recipiendus est gradus cõiunctionis vel preuentionis qui si non fuerit aptus recipienda est pars fortune. Et si non fuerit apta recipiendus est gradus ascendentis natiuitatis. Dicit ¶Ptolemeus q; hylech nunq; debeat accipi ab aliquo loco existente sub terra. Dicit enim z conuenit vt nõ operemur in re tam nobili sicut ista per id totum quod est sub terra sed semper per id quod ascendit z apparet super terram. ¶Nec conuenit nos operari p signuz quod ascẽdens nõ aspicit nec per signũ quod ascendit ante ascendens qõ dicitur domus laboris idest domus. 12. quia est cadens ab angulo z plus etiã: qm̃ fumositates que eleuantur ab humoribus terre turbant virtutem eius que venit ab ea ad terram cuz spissitudine ac lugubritate sua: z damnant eã propter qõ apparent colores z magnitudines stellarum existentiũ in hac domo alterius manerie q;z sint per naturaz eoz̃. ¶Haly Abenragel dicit sapientes in hoc sunt plurimũ discordati: tamen id in quo maior pars eoz̃ cõ/

cordat est q incipiunt ꝑmitus in natiuitatibus diurnis a sole ⁊ incipiunt si est in aliquo angulorum vel succedenti ⁊ in signo masculino ⁊ in q̄rta masculina ⁊ aspexerit aliquā dignitatū suarum erit ipse hylech: ⁊ si ita non fuerit nec aspexerit aliquam dignitatū suarum non erit ipse aptus pro hylech: ⁊ pquires tūc hylech: a luna ⁊ si eam inueneris in angulo vel in succedenti ⁊ in signo feminino ⁊ in quarta feminina ⁊ aspexerit aliquam dignitatū suarum accipe eā pro hylech alioquin non erit apta: tunc aspice natiuitatem si fuerit coniunctionalis accipe hylech a gradu ascendente: ⁊ si dominus aliquis habens ibi aliquā dignitatem aspexerit gradum illum accipies eum pro hylech. Et si ascendens non fuerit aptum pergras hylech a parte fortune. Et si pars fortune non fuerti apta perquiras hylech a loco cōiunctionis vel oppositionis precedētis natiuitatem. Et si non fuerint apti natiuitas non habebit hylech. Et oportebit te necessario reuerti ad dirigendum per athazir loca hylech ad loca fortunrum ⁊ ad radios earum ⁊ ibi inuenies locum finis. Et si natiuitas fuerit nocturna perquiras ꝑmit⁹ hylech a luna sicut incepisti pquirere de die a sole. Et si eā inveneris in angulo vel in succedenti in signo feminino ⁊ in q̄rta feminina ⁊ aspexerit aliquam dignitatum suarum ipsa erit hylech. Alioquin perquiras hylech a sole ⁊ si eum inueneris in angulo vel in succedenti in signo masculino: ⁊ in quarta masculina ⁊ aspexerit eum habens dignitatem ibidez accipias eū pro hylech alioquin non erit aptus. Et tunc si natiuitas fuerit ꝓuentiōalis perquiras hylech a parte fortune sicut pquisiuisti a luna ⁊ sole. Et si pars fuortūe non fuerit apta pquiras hylech a gradu ascendente. Et si aliquis eoꝝ non fuerit aptus ꝓ hylech perquiras hylech a gradu ꝓiunctionis vel preuentiōis precedentis natiuitatem. Et si fuerit in angulo vel in succedēti: ⁊ fuerit aspect⁹ ab aliquo habente ibi aliquaz ex gnq; dignitatibus accipe eum ꝓ hylech. Et quā do sol fuerit hylech ⁊ non habuerit alcochodē pergras hylech a gradu lune. ⁊ si ille. 1. gradus lune fuerit hylech ⁊ non habuerit alcochodē perquiras hylech a gradu ascendente si natiuitas fuerit cōiunctionalis: ⁊ si gradus ille fuerit hylech ⁊ non habuerit alcochodē perquiras hylech a parte fortūe. Tamē si natiuitas fuerit preuentionalis incipe ꝑmitus a parte fortune: ⁊ si fuerit hylech ⁊ non habuerit alcochoden aliquis horꝝ pquiras hylech a gradu coniunctionis vel oppositionis antecedētis natiuitatē. ⁊ si nullus eoꝝ habuerit alcochoden quoniam natus non habuit hylech nec alcochodē est significatio vite hac durabilitatis modice. Et scias q in hylech qui pquirit ab ascēdente ⁊ a parte fortune ⁊ a gradu coniunctiōis vel ꝓuentionis nō aspicitur masculinitas nec femininitas signoꝝ neq; quartaꝝ. Et dicit maior pars sapientum q luna in tertia domo apta est vt sit hylech: quia gaudet in ea ⁊ dicunt similiter q soli in nona domo conuenit esse hylech quia gaudet ibidem.

QUex hoc alcochoden. In hoc capitulo docet auctor eligere alcohoden q est datoꝛ annoꝛum vite. Sententia littere est talis cum volueris scire quis planetarum est datoꝛ annoꝛum vite debemus aspicere quis planetarum habeat plures dignitates siue fortitudines in loco hylech. Verbi gratia: si sol fuerit hylech debemus respicere planetam fortiorem in loco solis. Et si luna fuerit hylech debemus respicere fortiorem in loco lune ⁊ sic de aliis locis intelligendum est. Et si talis planeta aspexerit locum hylech a quocunq; aspectu debemus ipsum accipere pro alcochoden. Si vero non aspexerit debemus respicere alium post illum. s. planetam qui habet in loco hylech aliquas fortitudines: sed non tot sicut primus dominus gradus. Verbi gratia: si vnus habeat in loco hylech sex fortitudines ⁊ alius habeat ibi. 5. vel. 4. fortitudines si primus non aspexerit locum hylech non poterit esse alcochoden. tunc si secūdus aspexerit locum hylech debemus ipsum accipere pro alcochoden: ⁊ si ille etiam non aspexerit debemus aspicere iterrum ad alium habentem pauciores dignitates ⁊ sic debemus pcedere: donec inueniamus aliquez aspicientez locum hylech qui habeat aliquā dignitatē in loco hylech. ⁊ si nullā planetam inuenerimus aspicientē locum hylech qui habeat ibi dignitatē vel dignitates ille locus nō potuit esse hylech: ideo in hoc casu oportet querere aliud hylech secundū modum prius dictū. Verbi gratia: si natiuitas fuerit diurna ⁊ sol fuerit in loco apto ad hoc q sit hylech: tamen nullus habet dignitatem in loco solis aspiciens ipsum sol non poterit esse hylech: quia non habet alcochoden: ideo oportet tūc perquirere hylech a luna: ⁊ si ipsa fuerit in loco apto hylech ⁊ nullus habens in loco eius dignitatem sit aspiciens eū oportet perquirere hylech a parte fortune vel a gradu coniunctionis vel peruētionis vel gradu ascendēte ꝑm ordinem predictū. Et videbatur quibusdā esse incipiendū a dño domus ita videlicet q si dñs domus loci hylech aspexerit hylech aspiciebant eum pro alcochoden ⁊ non aspexerunt aliquem alium. Si autem dñs domus non aspexerit aspiciebant ad dñm exaltationis qui si aspexerit ponebant illuz alcochoden. Et si ille non aspexerit aspiciebāt dñm triplicitatis. deinde ad dominum termini: deinde ⁊ vltimo ad dominum facie. Dorothius aspexit primo dominum termini ⁊ preposuit eum domino domus: sed hoc non videtur veritati consonum. Et quidam dixerunt si duo vel tres vel plures planete conueniant dignitatibus ita q habeant equales fortitudines essentiales in loco hylech ⁊ omnes aspexerint illum locum accipiēdus est ille qui propinquius aspicit: ⁊ si in hoc etiam conueniant quod raro contingit accipiendus est ille qui fuerit ineſſe laudabili a sole ita q sit coniunctus cum sole in vno gradu ⁊ non sit elongatus ab ipso per. 16. minuta. Vel accipiendus est ille qui fuerit ꝓpinquioꝛ angulo aut ille qui fuerit in initio ortus matutini: scilicet qui incipit apparere in mane ante ortum solis aut ille qui fuerit in statione sua secunda ⁊ iens ad directionē aut qui fuerit in alio esse laudabili a sole. scilicet q sit orientalis sit fuerit aliquis trium superiorum aut occidentalis si fuerit aliquis triuz inferiorꝝ. Si vero contingat q sol fuerit hylech ⁊ fuerit in leone vel in ariete scilicet in domo vel exaltatione sua erit ipse hylech ⁊ alcochodē. Et si luna fuerit hylech ⁊ fuerit in cancro vel in tauro erit ipsa hylech ⁊ alcochoden ⁊ non oportet considerare aliquē alium. Ptolemeus dicit q ille est alcochoden qui habet plures fortitudines in loco hylech siue aspiciat siue non aspiciat ipsum locuz: sed nullus sapientuz concordat cum eo. ideo tutius videtur mihi tenere viam sapientum. De annis vero quos dat alcochoden licet auctor nihil dicat: volo tamen ꝑm sententiā Haly abenragel pauca ⁊ veritati magis consona narrare. Dicit Haly abenragel maior pars sapientuz huius scientie dicunt q quā do alcochoden fuerit in angulis dat annos suos maiores: ⁊ qñ in succedenti-

bus dat annos suos medios. z qñ in cadentibus dat annos suos minores nec dat meliorameñtū alicui succedentiū super alium z est error. Dicit haly aben ragel. scias q de secretis coopertis z signalibus celatis huius scientie est quā do alcochoden fuerit in gradu decime domus dat annos suos maiores. Et quando fuerit in gradu vndecime domus dat annos suos medios. Et quando remouetur ab vno istorum duorum locorum z vadit ad aliuz aspice quot gradus sunt ab vno ad alium z diuide per eos annos qui sunt inter annos maiores z annos medios. Verbi gratia: pono q gradus. 10. domus sit tertius gradus piscium: z pono q venus sit alcochoden z sit in. 13. gradu piscium: est ergo elongata a puncto. 10. domus per. 10. gradus. z pono q a principio. 10. domus vsq; ad principium. 11. sunt. 30. gradus. Scio q si esset in principio. 10. domus daret annos maiores qui sunt. 82. Et si esset in principio. 11. domus daret annos suos medios qui sunt. 45. nunc autem in neutro horum duorum punctorū est. subtraham ergo. 45. annos: scilicet medios ab annis maioribus scilicet. 82. z remanēt. 37. anni quos multiplicabo per distantiā veneris a principio decime domus z prouenient. 370. z diuidam per. 30. scilicet per longitudinem inter decimam domuz z vndecimā z exibunt. 12. anni z remanent post diuisionem. 10. que multiplicabo per. 12. z diuidam per. 30. z exibunt quattuor menses: subtraham ergo. 12. annos z quattuor menses ab annis maioribus veneris z remanebunt. 69. anni. 2. 8. menses: z erunt anni quos dat venus in tali casu. Istud exemplum poteris applicare ad altos angulos z domos. Dicit haly abenragel quando alcochoden fuerit combustus z ipse iens ad solem ita q non appareat perdit totum datum suum. quia quando est in hoc statu non dat nisi dies vel horas vel res que nomen non habent. z terminus combustionis est iste. Postq̄z saturnus fuerit occidentalis a sole z sol fuerit ad eum z fuerint inter eos. 15. gradus donec remāserit z orietalis fuerit z fuerint inter eos decem gradus completi. Et iupiter illud idem. Mars tamen postq̄z inter eum z solem in occidente fuerint. 15. gradus quousq; sit orientalis z inter eos finnouem gradus. Mercurius tamen facit facta sua z dat dona sua completa q̄z diu fuerit directus: dūmodo nō sit appropinquatus soli ad minus de septē gradibus z a septem gradibus vsq; ad. 5. dat. nō tamen complete. Sed a principio septez graduū donec transeat. solem per quinq; gradus perdit suum datum totum. z a quinq; gradibus vsq; ad complementū septem graduum dat modicū: verum postq̄z transiuit. 7. gradus dat suum datum cōpletuz. z hoc idem facit venus excepto q quando apparet visibiliter ad minus horum quinq; graduuz dat tunc datum suum cōpletum. Luna tamen quādo aplicat soli eundo ad eū z fuerint inter eos. 15 gradus debilitatur eius factum z dat modicā rem: scilicet dies vel quod huic assimilatur. Et quando applicuerit soli ad. 12. gradus perdit totum eius datum donec transiuerit graduz solis per. 10. gradus z tunc dat modicuz datū dies: scilicet vel qō et assimilatur quousq; transiuerit solē per. 12. gradus z tunc dabit totuz eius datum completum. Casus autem planete qui est contrarius exaltationi aufert mediuz datī. z terminus huius casus z ita sol cum fuerit in quinto gradu libre quousq; transeat. 25. gradus eiusdem est in casu suo. residuum signi iudicabitur sicut detrimentū. Saturnus est in suo casu a principio duodecim gradus arietis donec transeat. 26. graduz eiusdem: z resi-

duuz signi pro detrimento iudicabit. Jupiter est in suo casu a quarto gradu capricorni vsq; ad cōplementum. 20. graduū. z residuū signi iudicabit sicut detrimentum. Mars est in suo casu a principio. 19. gradus cācri vsq; ad finē ipsius cācri. z in principio ipsius signi iudicat sicut detrimento. Et venus est in suo casu postq̄z transiuit terminū. Jouis vsq; ad. 21. gradū v̄ginis. Istud de venere qō dicit non pōt stare nisi intelligas scōm terminos ptolemei. scōm enim terminos illos. 14. gradus virginis est finis termini iouis. Scōm vero terminos positos in alchabitio. non est ita. ibi enim termin⁹ iouis finit in. 21. gradu virginis. Vel igit littera haly est corrupta vel non pōt dictū suum itelligi nisi scōm terminos ptolemei. Et mercurius est in suo casu a principio. 8. gradus piscium vsq; ad cōplemētū. 19. graduū ipsius: z in residuo eiusdē signi iudicat tanq̄z si esset in detrimento suo. Retrogradatio triuz suprozū planetaꝝ a principio sue retrogradationis vsq; ad oppositionē solis. i. vsq; ad medium retrogradationis aufert medietatem datī z alia medietas remanet. z qñ transiuerit oppositionem solis aspice quot gradus z minuta ibit retrogradando ab oppositione solis z quot fuerint aspice quam ptem ꝓportionalem hñt ad oēs gradus quos hēt retrogradari ab oppositione vsq; ad directionem z tñ addas medietati datī z dirigas gradus illos recte cum sis minutis tali modi q quādo planeta fuerit in principio directionis sue dabit recte suū datuz cōpletum. Pono in hoc exēplū: pono q mars fuerit alcochoden z fuerit datum suū totū 60. anni scōm ꝓportionem pus factam inter angulum z succedētem z ponat q sit ipse retrograd⁹ inter medium retrogradatiōis amisit ergo in medio retrogradatiōis sue z añ medium retrogradationis medietatē horaꝝ añoꝝ z remāserūt. 30. anni: z pono q inerit vltra mediuz retrogradationis sue. 1. oppōnem solis retrogradando per duos gradus: z pono q ab oppositiōe vsq; ad directionē debeat ire retrogradando per. 10. gradus multiplicabo igit duos grad⁹ p medietatez datī qō amisit. s. per. 30. ānos z prouenient. 60. q. 60. diuidā per. 10. z exibūt. 6. ānī quos annos addaz medietati datī. s. 30. annis z puenient. 36. ānī. hoc eēt datū martis in casu ꝓposito. Tū venus z mercur⁹ postq̄z glibet eoꝝ incipit retrogradari pdit medietatem datī ei⁹ qō dat qñ est direct⁹. z postmodū aspice quot grad⁹ z minuta sibi remanent vsq; ad occultationē suam recte q̄zto plus poteris: qz venus forte appebit existendo iter eā z solē min⁹. 5. gradib⁹. Et qñ fuerit appens dabit medium datū nisi apparuit existendo iter eā z solē min⁹. 5. gradib⁹ qz tūc non ꝓdest illi appitio illa in hoc statu. Postmodū dirigas illos gradus z minuta postq̄z retrogradari incepit quousq; occultauerit se subtilr z recte z diuidas per hoc mediuz datī qō remansit in mō ꝓdicto. qz qñ occultat totū pdit ei⁹ datum sicut ꝓdixim⁹ qz nihil remanet ei. Et pōt exemplificari ad similitudinē exēpli datī in retrogradatione triuz suprozū. Dicit haly q iupiter z venus quādo coniuncti fuerint corporaliter vel quādo aspiciunt alcochodē de tertio vel sextili addunt numero annozum quos dedit alcochoden scōm numerum annorum suozum numerozum annos vel menses vel dies vel horas iuxta v̄tutes vel debilitates eorum: z tñ ambe infortune saturnus z mars qñ iungunt corporaliter cū alcochoden vel ipsum aspicūt de opposito vel q̄rto minuūt ei numerum annozum suoꝝ minorū. Sed qñ mercur⁹ fuerit cum fortunis addenti d⁹ alcochoden addit ipe similiter numeruz annoꝝ suozū minorū: z quādo fue-

rit cum infortunis minuentibus alcochoden minuit etiam partem suam z qñ mars z saturnus aspexerint de tertio a signis breuiū ascensionuz aut de sextili longarū ascensionū minuunt. Et dico qō sol in quarta z oppositione minuit numerū annorū suorū minorū: z addit de .3. z sextili. ZMulti ex astrologis antiquis z modernis dicunt qō luna fortunata addit de tertio vel sextili z oēs sapientes huius scientie confitentur qō qñ natus non habuerit hylech z habuerit aliquā duarum fortunarum in ascendente vel medio celi possibile est qō viuet secundum quātitatem annorū minorum illius fortune que vitaz signicauit nisi gradus ascendens z luna fuerint infortunati vel fuerit eadem fortuna domina domus mortis: quia tunc significat modicam durabilitatem z vitam.

ALmutem vero qui preest natiuitati.

Hic auctor docet eligere almutē. i. planetā dñatorem in figura a quo accipitur esse nati post hylech z alcochoden. Sententia littere est ista planeta habens maius dñiuz siue plures fortitudines in .5. locis predictis a qbus accipitur hylech que sunt locus solis locus lune locus cōiunctionis vel puentionis pars fortune gradus ascendens ille planeta est almutē. i. vincens. Et si aliquis habuerit dignitates in ea vel tertia vel pluribus locis ex locis p̄dictis ille est almutē Verbi gra: pono qd vnus planeta sit dñs ascēdentis z dñs termini eiusdē ascēdētis z cū hoc dñs faciei eiusdē. talis planeta haberet in ascēdente. 8. fortitudines. z pono qd alter planeta sit dñs exaltationis ascendentis z dñs domus loci solis z dñs triplicitatis partis fortune: talis planeta esset dignior almutē quam primus: quia habet plures fortitudines in locis predictis. Et vt abbreuietur sermo coligende sunt fortitudines cuiuslibet in .5. locis predictis: z ille eorum qui abundauerit in numero fortitudinum ille erit almutem.

QTer hoc profectio in annis natiuitatum atqz mun.

In hoc .c. docet opus profectionis. ideſt mutationis annorum de vno signo ad aliud: z hoc dupliciter. Primo in annis natiuitatum. Secundo in annis magnarum coniunctionum. Opus in annis natiuitatum est facile z est sententia littere talis. cum volueris scire ad quod signuz applicat annus natiuitatis alicuius: vide quot anni perfecti transierint nato z incipies a gradu ascendente natiuitatis: z dabis cuilibet anno vnum signum: z vbi finitus fuerit numerus ibi erit signum profectionis ab ascendente. Verbi gratia: ascendens alicuius natiuitatis fuit .10. gra. arietis in fine primi anni venit profectio ad .10. graduz tauri. In fine secundi anni ad .10. gradum geminorum: z sic secunduz hunc ordinem dando cuilibet anno signum vnum vsqz ad complementum .12. annorum. tunc enim scilicet in fine .12. annorum reuertitur ad locum radicis. Si autem multi anni transierint nato subtrahe a toto numero annorum perfectoruz qui transierunt nato. 12. quoties poteris ideſt diuide per .12. z numerum qui remanet infra .12. proïcie ab ascendente natiuitatis secundum modum prius dictum. Verbi gratia: ascendens cuiusdam natiuitatis fuit .13. gradus virginis z transierunt nato .32. anni solares completi. subtrahaz a .32. annis .12. bis z remanent .8. anni completi: dabo ergo primum annum virgini: secundum libre: tertium scorpioni: quartum sagittario: quintum capricorno: sextum aquario septimum piscibus: octauum arieti: veniet ergo profectio ad signum quod succedit imediate: scilicet ad taurum ad consimilem graduz gradui radicis: scilicet ad .13. eiusdem. Sicut dixi de gradu ascendente: ita faciendum est de gradu solis: z gradu lune: z gradu partis fortune: z vbi applicuerit annus dñs illius signi est dispositor illius anni. Et ab illo accipiuntur facta de quibus natus se intromittet illo anno z fortunia z infortunia que accident sibi illo anno. Auctor ponit exempla in littera: ideo non est necesse multum insistere exemplis Deinde dicit auctor cum profectio anni peruenerit ad aliquem gradum alicuius signi z fuerit aliquis planeta vel radij alicui⁹ planete post ipsum gra. in eodem signo vel in eadem domo in figura z volueris scire quando perueniet profectio ad ipsum planetam vel radios eius: vide quot gradus z minuta sint inter gra. ad quem peruenit annus z ipsum planetam vel radios eius z multiplica illos per .2. z sextam vnius. hoc est dicere dabis cuilibet gradui .12. dies z sextam partem vnius z prouenient tibi dies qui sunt a principio illius anni vsqz ad tempus in quo profectio perueniet ad planetam vel eius radios. Ratio autem quare cuilibet gradui dantur .12. dies: z .6. vnius est: quia hoc modo in fine anni completur vnum signuz. Si enim multiplicaueris .30. gradus per .12. z sextam vnius prouenient .365. dies qui sunt dies vnius anni. Dicit Ptoleme⁹ in propositione .236. quarte partis quadripartiti sui. z sciemus dispositionē facti annorum accipiendo numerum annorum natiuitatis: z proïciemus eos a quolibet locorum hylegiorum secundum ordinationem signorum vnicuiqz signo annum z accipiemus dispositorem signo in quo applicat numerus graduum. Idem Haly in commento dicit quod in hoc dicto vult narrare Ptolemeus quod quodlibet signum disponit in anno vno: z sic ibit signi revolutio in quo est significator quibuslibet .12. annis vna vice vsqz ad finem vite: z hoc sciunt in omnes astrologi.

PRofectio autē ex annis mundi.

Hic docet opus profectionis in annis mūdi. Sententia littere est talis. Cuz volueris scire applicationē annorū alicuius secte vide quot transierint anni solares completi a principio illius anni in quo fuit magna coniunctio que significauit illā sectam: z diuide illum numerū annorum per .12. z numerum qui remanserit infra .12. proïcie ab ascendente illius anni in quo fuit cōiunctio z vbi applicuerit numerus ibi est signū profectionis. Auctor ponit exēpluz in lra de secta saracenorū. i. machometi: z dicit qd inter annū cōiunctiōis que significauit legez illā z annū apparitionis machometi. s. in quo icepit p̄dicare fuerunt .61. anni. Alia littera hz .52. anni. Ego credo qd debēt esse .52. anni: z .57. dies alioquin nō cōcordabit cū illo qō dicit postea. z ascēdens anni in quo fuit illa cōiunctio fuit signū geminorū z prouenit ille annus in quo incepit predicare ad signū virginis: scilicet ad signū illius planete qui fuit dñs signi ascendentis anni cōiunctionis Si enim subtrahantur a .51 12. quotiens poterit remanent .3. detur ergo signo geminorū primus. scōs cancro. tertius leoni. z sic annus in completus qui fuit positus in numero peruenit ad signum virginis. Non est nobis magna cura quot anni fuerunt ab anno illius coniunctionis vsqz ad primum an-

nuã arabum. Sufficiat eni nobis scire q̃ ãnus illi in quo iciperãt anni arabũ
puenit ad virginẽ: qa anni arabũ sunt nobis noti ex tabulis extractiõis earũ ⁊
poterimus incipe a v̊gine ꝑm q̃ dicit auctor in l̃ra. Et q̃ tpe auctor ipsi opera
bant i ptib⁹ suis per ãnos pf̃ax: tõ applicat dcm̃ suũ ad ãnos pf̃ax. ⁊ dicit cuz
volueris h̃re noticiam huius rei i. scire ad qd̃ signũ applicat ann⁹ ex ãno con
iunctionis que significauit sectã sarracenorũ vide quot ãni pfarum trãsierũt ⁊
verte illos in dies per tabulã extractiõis eax deseruientẽ annis pf̃ax: aut quod
multiplicenf anni per.365 tot enim dies cõtinet annus pficus quia anni pfici
non h̃nt q̃rtaz diei ⁊ numero diex q̃ prouenerit tibi adde.3624. dies. tot eni di
es fuerũt a principio annox arabum vsq; ad principiuz annoruz persax. ⁊ qd̃
collectum fuerit diuide p.365. ⁊ quartã vnius: ⁊ puenit anni solares: si qd resi
duum fuerit erunt dies anni impfecti. Et potes etiam numerũ dieruz reduce
re ad annos solares per tabulas extractiõis eax deseruiẽtez annis solaribus.
Tota intentio auctoris stat in hoc quod sciamus quot anni solares pfecti tran
sierunt ab initio annoruz arabum vsq; ad tempus cõsideratiõis ⁊ damus cuili
bet anno vnum signũ ꝑm modũ prius dictũ: ⁊ incipiemus a virgine: ⁊ ego po
nam exemplum applicãdo ad computationes nostras ꝑm annos dñi nr̃i iesu
christi. Cũ volueris scire ad qd̃ signum applicat annus cõiunctionis que signi
ficauit legem sarracenorum. subtrahe ab annis x̃pi. 621. annos ⁊. 6. menses ⁊
14. dies. tot enim anni fuerunt a principio annoruz christi vsq; ad principiũ an
norum arabũ ⁊ numerum annorum perfectorũ qui remanserit diuide p.12. ⁊
illud qd̃ remanent p̃jce a virgine dando cuilibet anno signum vnũ ꝑm modũ
prius dictum ⁊ remanent annus imperfectus sequens annos pfectos quos di
uisisti manet in virgine. Verbi gratia: anni x̃pi sunt mõ. 1330. completi ⁊. 22. di
es ab illis subtraham. 621. annos. 6. menses. 14. dies remanent 708. anni sola
res perfecti. 6. menses. ⁊. 8. dies. Illius sunt anni q̃ trãsierunt a ꝓncipio annox
arabum vsq; modo. quos annos perfectos diuidã p. 12. ⁊ totus numer⁹ surgit
ita q̃ non remanet aliquis ãnus pfectus. Dico ergo q̃ pfectio ãni cõiunctiõis
magne que significauit sectam sarracenox modo est in virgine ꝑ̃z sniam aucto
ris. Sicut exẽplificatum est de secta sarracenorũ ita põt fieri in alijs sectis si de
beant dici secte si sciaf cõiunctio significans illã sectã ⁊ ascẽdẽs ãni cõiunctiõis.
Sed de hac materia non expedi multuz loqui. est eni res que nõ cõcordat cuz
fide nostra: sed si quis delectaf in his ⁊ voluerit reducere mutationes que fiunt
in legibus ad motus superiox corporũ legat libros de magnis cõiũctiõibus ⁊
ibi inueniet. Deinde dicit si volueris pfectiõez a signo cõiũctiõis que signi
cauit predictaz sectã p̃jce annos predictos a scorpiõe: q̃ cõiunctio illa ꝑm eũ
fuit in scorpione. Si vero volueris pfectionez ab ascẽdẽte regni vide quot an
ni solares trãsierunt a ꝓncipio illius regni. Ipse exẽplificat de vno regno sed
nescio de quo regno logf ⁊ non curo qa sine exẽplo suo põt itelligi l̃ra. Sicut
aũt dr̃ de ascendente regni ita dz̃ itelligi de ascẽdẽte fundatiõis alicui⁹ ciuitatis
vel castri vel ẽt cuiuscũq; edificij: ita q̃ accipiant anni solares pfecti q trãsierũt
a ꝓn⁹ fundationis illi⁹ ⁊ p̃jciant ab ascẽdẽte ꝓncipij fundatiõis ꝑm modũ aĩ
dcm̃. Deinde dicit si volueris pfectionẽ ab ascẽdẽte mutatiõis cõiunctiõis. Jo
uis ⁊ saturni de triplicitate aquatica ad triplicitatẽ igneam subtrahe ab annis
pfarum. 176. annos pficos ⁊ conuerte illos qui remanent in annos solares ⁊

p̃oj̃ce a leone. vult dicere quod cõiunctio iouis ⁊ saturni in ꝓncipio annox
persarum fuit in triplicitate equatica ⁊ post principium annoum pf̃arum per
quos ipsi computabant per. 176. annos mutauit se coniunctio ad triplicitatez
igneaz: iõ iubet subtrahere ab annis persax. 176. annos ⁊ remanẽt ãni q trãsie
runt ab anno mutatiõis cõiũctiõis ad triplicitatem igneã ⁊ iubet eos ãnos q re
manent vertere in annos solares qa pfici nõ h̃nt bixestũ: ⁊ ãni solares h̃nt: pfe
ctio aũt fit ꝑm annos solares: ⁊ iubet p̃jcere a leone: q̃ ꝑm ipsum leo fuit ascẽ
dens in anno mutationis cõiunctionis ad triplicitatem igneam. ex quo vide
tur quod auctor iste fuit ⁊ composuit hunc librum in tempore quo coniunctio
fuit in triplicitate ignea. nunc autem hec coniunctio est in triplicitate aerea.
ideo ponam exemplum de triplicitate in qua nos sumus. Cum volueris scire
profectionem ab anno mutationis coniunctionis iouis ⁊ saturni ad triplicita
tem aerem subtrahe ab annis christi. 1324. annos ⁊. 7. dies ⁊. 20. horas tãtuz
enim tempus transiuit a principio annozum x̃pi vsq; ad principium annozum
mutationis coniunctionis ad triplicitatem in qua nos sumus: ⁊ residuum pro
j̃ce a. 13. gradu tauri. ille enim fuit ascendens anni supradicti: ⁊ vbi perduxe
rit te numerus ibi erit profectio anni. Verbi gratia: anni christi sunt numero.
1330. completi: ⁊. 22. dies ab illis subtraham. 1324. annos ⁊. 17. dies. ⁊ rema
nerit. 5. anni perfecti ⁊. 316. dies anni imperfecti: dabo primum annum tauro
incipiendo a. 13. gradu eius ꝑm signo geminozum incipiendo a. 13. gra. eius
tertium cancro. quartum leoni incipiendo a. 13. gradu eius. quintum virgini
incipiendo. a. 13. gradu eius. venit ergo profectio. 6. ãni mũdum perfecti ad li
bram ad. 13. gradum. Et si volueris gradum in quo est perfectio diei vltimi ex
diebus qui transierunt de anno imperfecto multiplica numerum dierum an
ni perfecti per. 30. ⁊ productum diuide per. 365. ⁊ numerus quotiens erit gra
dus. Si autem aliquid remanserit post diuisiõez multiplica illõ p. 60. ⁊ diuide
p idẽ quod prius ⁊ numerus quotiẽs erit minuta. verbi gratia. in ꝓposito exẽ
plo remanserunt de anno imperfecto. 316. dies quos multiplicabo per. 30. ⁊
prouenient. 9480. quem numerum diuidam per. 365. ⁊ exibunt. 25. gradus ⁊ re
manent post diuisionem. 355. que multiplicabo per. 60. ⁊ prouenient. 21300. ⁊
diuidam per. 365. ⁊ exibunt. 58. minuta addam ergo super. 13. gradum libre. 15.
gradus ⁊. 58. minuta ⁊ proueniet numerus vsq; ad. 8. gradus ⁊. 58. minuta scor
pionis: ibi ergo nunc est profectio ab ascendente anni mutatiõis coniunctio
nis ad triplicitatem aeream.

Ex hoc directio. In hoc capitulo auctor docet dirigere significatorem quemlibet ad quemlibet locum circuli. Intelligenduz est primo quod directio siue dirigere significatorem ad quemlibet locum circuli nihil aliud est quam inuenire gradus equinoctialis qui reuoluũtur a loco significatoris vsq; ad locum ad quem debet dirigi. Si locus significatoris fuerit in medio celi vel in angulo terre tunc dirigere est inuenire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a loco significatoris vsq; ad locum quem debet dirigi in orizonte recto. Si autem fuerit in ascendente vel in occidente tunc est inuenire illos gradus in orizonte obliquo. Si autem non fuerit in aliquo horum locorum tunc accipiuntur

ascensiones mixtim scilicet miscendo ascensiones circuli directi cū ascensionibus regionis: proportionaliter tamen ꝑm distantiam loci significatoris ab angulis: z gradus directionis quandoq; significant annos quandoq; dies qñq; alia tpa. Jn natiuitatib⁹ glibet gradus significat annū. Jn reuolutiōib⁹ ānoꝝ mundi z natiuitatum quilibet gradus significat diem. Et quidā volūt quod in reuolutionibus annorum. 59. minuta z. 8. scda scilicet motus solis in vno die significant vnuꝫ diem. Jn conīctionibus solis z lune z in oppositionibus secundum quosdam quilibet. 13. gradus. 10. minuta scilicet quantum luna mouetur in die per medium cursum significāt diez. Cū ergo volueris significatorem aliquem dirigere ad quēcunq; locū circuli si significator ille fuerit in gradu medij celi vel in angulo terre subtrahe ascensiones circuli directi grad⁹ significatoris ab ascensionib⁹ circuli directi loci ad quē vis dirigere z remanēt gradus directionis. Si vero significator fuerit in ascendēte aut occidēte subtrahe ascēsiōes circuli obliqui gradus significatoris ab ascēsionib⁹ ciruli obliqui ad quemvis eum dirigere z remanēt grad⁹ directionis. Exēplū quādo est in medio celi. Pono quod luna sit in medio celi in. 5. gradu aquarij z pono q̄ radij oppositi saturni sint in. 6. gradu piscium. Ponam quod vellim dirigere lunam ad radios oppositos saturni. Quesiui igitur ascensiōes gradus lune in circulo directo z inueni. 37. gradus. 23. minuta. Quesiui etiam ascensiones sexti gradus piscium vbi sunt radij oppositi saturni in eodem circulo directo z inueni. 67. gradus. 48. minuta Deinde subtraxi ascensiones lune ab ascensionibus radiorum saturni z remanserunt. 30. gradus. 25. minuta. illi essent gradus directionis in hoc casu. Exemplum quando est in ascēdēte. Pono quod luna sit in eodem. 5. gradu aquarij z radij saturni in. 6. piscium Quesiui ascensiones gradus lune in circulo obliquo in regione cuius latitudo est. 48 graduum. z inueni. 330. gradus. 22. minuta. Quesiui etiam ascensiones sexti gradus pisciuꝫ z inueni. 348. gradus. 31. minuta. subtraxi ascensiones lune ab ascensionibus gradus radiorum saturni z remanserunt. 18. gradus. 9. minuta illi essent gradus directionis in hoc casu. hoc eodem modo dirigitur gradus ascendēs ad quemlibet locum circuli. Si vero significator dirigendus fuerit sexta hec loca tunc si fuerit in ter medium celi z ascēdens vide distantiaꝫ eius a medio celi subtrahendo ascensiones gradus medij circuli in circulo directo ab ascēsionibus gradus significatoris quam distantiam serua. Deinde scias medietatē arcus diurni gradus significatoris per modum dictum in capitulo de radiatiōibus z serua eam. Deinde subtrahe ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quez vis eū dirigere z q̄ remāserit erit significator circuli directi serua eum. Deinde subtrahe ascēsiōes gradus significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quem vis eū dirigere in eodez circulo obliquo z q̄ remāserit est significator regionis. Deinde subtrahe significatorem minorem de maiori z dūam multiplica per distantiam ab angulo medij celi z productū diuide per medietatem arcus diurni z ꝓueniet ps proportiōalis q̄z adde sup significatorē circuli directi si fuerit minor significatore regionis: vel subtrahe si fuerit maior z q̄ ꝓuenerit erit grad⁹ directiōis. Si autem velles dirigere cōtra successionē signoꝝ sicut dirigunt ptes z planete retrogradi. s. ꝓcedendo ab ascēdente versus mediū celi tūc debes accipere distantiam significatoris ab ascendente per ascensiones regionis z debes addere partē ꝓportionalē dūe duoꝝ significatorū sup significatorē regionis: si ille erit minor significatore circuli directi aut subtrahere ab eo si eēt maior. in alio nō differt opus. Si āt significator dirigēdus fuerit iter ascēdēs z angulū terre: vide distantiā gradus sigtoris ab ascendēte subtrahendo ascēsiones grad⁹ ascēdēs regionis ab ascēsionib⁹ grad⁹ significatoris regionis z serua distātiā. Deinde scias medietatē arcus nocturni grad⁹ significatoris ꝑ modū dictū in ope radiationū quā ētserua. Deinde subtrahe ascēsiones gradus significatoris in circulo obliquo ab ascensionib⁹ loci ad quē vis eū dirigere in eodē circulo obliquo z qō remāserit est significator regiōis quē serua. Deide subtrahe ascēsiones gradus significatoris circuli directi ab ascēsionib⁹ circuli directi loci ad quē vis eū dirigere z q̄ remāserit erit significator circuli directi. deide subtrahe minorē de maiori z remanebit dūa duoꝝ significatoꝝ: quā multiplica ꝑ distantiā gradus significatoris ab ascēdēte z ꝓductū diuide ꝑ medietatē arcus nocturni grad⁹ sigtoris z ꝓueniet pars ꝓportionalis quā adde sigtori regionis si fuerit minor sigtore circuli directi: vel subtrahe a sigtore regionis si fuerit maior sigtore circuli directi: z post additionē: vl subtractionē ꝓuenerit sunt gradus directionis. Si vero volueris dirigere cōtra successionē signoꝝ. s. procedēdo ab angulo terre versus ascēdens: tunc debes acciperere distātiaz sigtoris ab angulo terre per ascēsiones circuli directi z multiplicare illā ꝑ dūaz duoꝝ significatorū z diuidere ꝑ medietatē arcus diurni vt ꝓius dictū est z partē ꝓportionalē debes addere ad significatorē circuli directi si fuerit minor sigtore ragionis. Vel subtrahere si fuerit maior in alio nō differt opus. Si aūt significator dirigendus fuerit inter angulū terre z gradū occidentis operari debes cū gradu oppositi significatoris z eū gradu oppositi loci ad quem vis eū dirigere z ꝑ distantiā gra. oppositi significatoris a medio celi: z ꝑ medietatez arcus diurnū gra. oppositi significatoris gra. enim oppositus significatoris tūc distat a linea meridiana quātū gra. significatoris ab angulo terre: z medietas arcus diurni gra. oppositi est tanta q̄ta est medietas arcus nocturni significatoris. z est tunc idez opus q̄ fuit inter mediū celi z ascendens. Si vero sigtor dirigendus fuerit iter angulū occidētis z mediū celi debes operari silr ꝑ gradū oppositū significatoris z ꝑ distantiā eiusdē ab ascēdente z ꝑ medietatē arcus nocturni eiusdē gradus oppositi z ꝑ gradū oppositiuꝫ loci significatoris ad quē dirigendus est: z est eiusdē operatio sicut fit inter ascendens z angulū terre. Si vero cōtingat q̄ significator dirigendus sit in vna quadra z locus ad quem debet dirigi sit in alia quadra. Verbi gratia: significator sit inter mediuꝫ celi z ascendens: z locus ad quē debet dirigi sit inter ascendens z angulu ꝫ terre tunc debes dirigere vsq; ad angulum z postea dirigere angulum vsq; ad locum ad quem debet dirigi z iungere has directiones insimul. Diriges autem significatorem ꝓius dictum: ita q̄ accipias distantiam significatoris ab angulo qui est retro ipsum in ordine signoꝝ sicut si fuerit inter angulum medij celi z ascendens accipies distantiam eius ab angulo medij celi. Et si fuerit inter ascendens z angulum terre accipies distantiam eius ab ascendente accipies etiam medietatem arcus diurni vel nocturni gradus significatoris vel eius oppositi per modum ꝓius dictum; z angulum ad quem vis dirigere

rigere accipiens pro loco ad quem debet dirigi: z teneto ordinē prius dictum. Illā directione facta diriges angulum p modū prius dictū qñ significator fuerit in aliquo angulorū vsq; ad locum ad quē dz dirigi significatoris: z addes vnā directiōem cum alia: z ꝓueniēt gradus directiōis. Auctor in littera dicit quod debet accipi distantia significatoris ab angulo z illa debet diuidi per partes horarum graadus significatoris z ꝓueniēt hore distātie significatoris ab angulo z dicit quod dz accipi sexta pars differentie duorum significatorum quaz sextam partem iubet multiplicare per horas distantie significatoris a meridie: z ꝓuenientes iubet addere ad significatoreꝫ circuli directi vel subtrahere per modum dictum. Sed modus quē posui est leuior z planior. In modo enim auctoris oportet accipere distantiam ab angulo per eundem modum quem ego posui z vltra hoc oportet querere partes horarum gradus significatoris: z postea diuidere distantiam ab angulo per partes horarū gradus significatoris z quod ꝓuenerit tenere. Oportet etiam secundum modū suum querere significatorem circuli directi z significatorem regionis per eundem modum quez posui z etiam differentiam duorum significatorum: z vltra hoc oportet illam differētiam diuidere per sex ad hoc que habeat. 6. pars eī. Cū in multitudine operationuz faciliter cadat error videtur mihi modus quē posui certior. Exēplum quando significator est inter medium celi z ascendens z locus ad quem debet dirigi in eadem quadra scilicet inter medium celi z ascendēs. Pono q luna sit hylech z sit in quinto gradu aquarij z pono quod radij oppositi saturni z idem esset de corpore: sint in sexto gradu piscium: z pono quod angulus medij celi sit. 20. gradus capricorni. Ad dirigendum lunam ad radios saturni quesiui primo ascendens gradus medij celi in circulo directo z inueni. 21. gradus z. 39. minuta subtraxi ascensiones gradus medij celi ab ascensionibus gradus lune: z remansit distantia lune a medio celi. 15. gradus. 44. minuta. Deinde quesiui ascensiones gradus lune in circulo obliquo z inueni. 330. gradus 22. minuta quesiui etiaz ascensiones gradus oppositi loci lune. 104. gradus z 30. minuta a quibus subtraxi ascensiones gradus lune: sed quia non potui subtrahere eo quod ascensiones gradus lune erant maiores ascensionibus gradus oppositi addidi ascensionibus gradus oppositi lune. 360. gradus z prouenerunt. 464. gradus. 30. minuta: deinde subtraxi z remanserunt. 134. gradus 8. minuta z hoc fuit totus arcus diurnus gradus lune quem mediauit z fuit medietas. 67. gradus z. 4. minuta. Seruaui itaq; distantiam lune a medio celi z medietatē arcus diurni lune. Deinde subtraxi ascensiones gra. lune in circulo directo que fuerunt. 37. gradus. 23. minuta ab ascensionibus gra. radiorum saturni in eodem circulo que fuerunt. 67. gra. 48. minuta z remanserunt. 31. gradus. 25. minuta: z hoc fuit significator circuli directi seruaui itaq; eum. Deinde subtraxi ascensiones gra. lune in circulo obliquo qui fuerunt. 330. gradus. 22. minuta ab ascensionibus radiorum saturni in eodem circulo obliquo qui fuerunt. 348 gradus. 31. minuta z remansit significator regionis qui fuit. 18. gradus. 9. minuta. Deinde subtraxi significatorem regionis a significatore circuli directi z remansit differentia duorum significatorum que fuit. 12. gradus. 16. minuta. Deinde multiplicaui istam differentiam per distantiam lune a medio celi z diu: si per medietatem arcus diurni gradus lune z prouenit ꝑportio-

